



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtvte
Et Statv Religionis**

Qvo Quid Contineatvr, Index proximus indicabit

De Obligationibus Religiosorum ex Regula, Prælatione & subiectione
regulari prouenientibus, De varietate Religionum tam in genere, quàm in
specie, De Religione Societatis Iesv in particulari

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1626

Liber Qvintvs. De scholasticis ac studiis Societatis Iesv, tam domesticis,
quam externis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93501](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93501)



LIBER QUINTVS.

De scholasticis ac studiis Societatis IESV, tam domesticis, quam externis.

Libri argu-
mentum.



Hactenus solùm explicuimus statum huius religiosum, quantum ad substantiam eius, & quoad vincula votorum, quibus constituitur, & obligatur. Nunc priusquam ad alios gradus transeamus, dicere oportet de muneribus, & exercitiis huius status, quæ & literaria esse possunt, & spiritalia. Priora sunt propria, & ideo de illis præcipuè dicemus: posteriora magis communia sunt toti religioni, & de illis aliquid tactum est in l. lib. c. præsertim 3. addemus verò hic aliqua, quæ videbuntur magis propria, & necessaria ad religiosam professionem huius status explicandam. Literaria autem exercitia, & passiuè, & actiuè considerari possunt, id est, vel ut ordinatur ad discendum, vel ad docendum. Priori modo pertinent propriè, & per se ad Scholares Societatis; posteriori autem modo, etiam assumuntur à Societate, tum ob suorum profectum; tum etiam ob externos, & quoscumque fideles, qui sacra doctrina indigent, & quia hæc duo omnino coniuncta sunt, de illis suo ordine dicemus.

CAPVT I.

Utrum status aliquis religiosus ad literas perdiscendas in Societate merito desinetur?

I.
Error habet
in hac quæ-
stione.

x. eius fun-
damentum
ab auctori-
tate seu ex-
plicit.

QVORUNDAM error fuit, studium literarum alienum esse ab statu religioso; ut refert D. Thom. opuscul. 18. cap. 26. & opuscul. 19. c. 11. Videtur enim hic error circa eius tempora, seu D. Dominici exortus. Præcesserat enim error VViclephi, qui generaliter studia Christianorum damnabat, contra quem aliqua infra attingemus cap. 4. Hi verò impugnatores religionis licet non negarent studia secularium esse conuenientia, dicebant tamen in statu religioso, vel esse illicita, vel certè non esse proportionata. Vtrūque enim illi asseruisse videntur, quantum ex D. Thom. colligitur. Fundari autem potuerunt primò in antiqua consuetudine monachorum, de quibus Cassiodorus lib. 1. Tripartita, c. 11. ex Sozomeno li. 1. cap. 12. sic ait: Multiplicem scientiarum cognitionem, & argutam differendi subtilitatem, veluti rem superuacaneam, & otium, quod in præstantioribus studiis ponendum est, sibi surripientem & ad vitam rectè instituendam nihil afferentem adiumentum, penitus contemnunt. Et cap. 13. idem Sozomenus refert D. Antonij vitam, & virtutes, addit, literas neque nouit, neque magni estimauit; sed puram mentem, utpote literis antiquiorem, & earum immatricem laudauit plurimum. Et Gregorius 2. dialog. in proœmio de B. Benedicto sic inquit, Roma liber libris studiis traditus fuerat, sed cum in ea multos ire per abrupta visiorum cerneret, eum quem quasi in ingressu mundi posuerat, retraxit pedem, ne si quid de scientia eius attingeret, ipse quo-

que in immane præcipitum totus iret. Depressit itaque literarum studiis, relicta domo, rebusque patris, soli Deo placere desiderans, sancta conversationis habitum quasiuit. Recte igitur, scienter nesciens, & sapienter ignorans. Et D. Basil. in regula 235. ex breuioribus, ferè ad hanc quæstionem respondens, ait, Huius qui præsumunt conuenire, ut scientiam habeant. de cæteris verò subiungit; nullusquisque verò (memor verborum illorum Apostoli, non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, vnicuique sicut Deus diuisit mensuram) quæ esset, si sui studiis discat, & persequatur, neque curiosus, & plenus quidquam inquirat. Hinc denique videtur dixisse Hieronymus ad Titum 1. & refertur in c. olim. d. 95. Antequam in sancta diali studiis in religione fierent.

Rationes ad hunc errorem suadendum esse possunt, primò quia studia, & tempus occupant & mētē frangunt, secundò quia perfectio religiosa (ut ait Sozomenus supra) in bonorum numero non ducit ea, quæ inter vitium, & virtutem media sunt, quia non satis putat non esse malum, nisi hominem reddat bonum, & meliorem: at literarum studia inter media bona computantur, ergo. Tertiò, quia religio fugit gloriam illam, quæ ab hominibus colligi solet, neque virtutem ostentat, sed exercet: at scientia per se inflat, & ostentationi magis, quàm virtuti inuenit: ergo. Quæ rationes cum generaliter probare videantur, hoc genus studij non esse admittendum in religioso instituto, multo magis videntur conuenire non posse esse finem religioni status: quia hoc modo magis repugnat debito ordini: ergo non rectè est institutus in Societate peculiaris gradus religiosorum ad hunc finem literas addiscendi. Vnde nouissimè Kemnitius hæreticus reprehensionem hanc contrà Societatem exaggerauit, ut refert Payus de origine Societatis: & ideo Antiephus illum vocat Spentæus lib. 1. de continentia c. 5.

Certum nihilominus in primis est, studia literarum saltem sacrarum religioso statui maxime congruere. Hanc veritatem censo esse dogma fidei, quod D. Thom. confirmat ex illo Psalmi 118. Bonum est & displicuit, & scientiam doce me: nam inde constat, non solum bonitatem, sed etiam scientiam, esse conuenientem ad animæ perfectionem. Vnde Iuxta 5. dicitur, Proprietate capiti datus est populus, & quia non habuit scientiam. Et Osee 4. Contemnit populus, quod non habuerit scientiam: quia tu scientiam, & populum expellam te. Quamquam enim hæc loca, & similia exponi possint de scientia practica præceptorum Dei: tamen ad literam optimè intelliguntur de scientiis, quæ opponitur ignorantia diuinarum literarum, quæ radix est multorum vitiarum, & ideo Iuxta 3. quæ radix est multorum vitiarum, & ideo Iuxta 3. ob peccata populi comminatur Deus, & se am de Ierusalem, & Iuda consiliarium; & sapientem de arboribus, & prudentem eloqui mystici. Vnde Bern. serm. 36. in Cantica: Non ignoro (inquit) quantum tibi sit præfuerint, & profuerint literati: siue ad refellendos eos qui: & aduersari sunt: siue ad simplices instruendos: siue quidam sunt: siue quibus quæsi splendor firmamenti, & qui ad insipientes erant

diunt multos, quasi si in perpetuas aeternitates. Denique legi, quia reipulsi scientiam, & ego repellam te, ut non fungaris mihi sacerdotio. Vnde etiam Innocentius III. in cap. n. sicum pridem. de renuntiatione hanc eadem verba adducit, ut ostendat, scientiam esse Episcopo necessariam. Et ad idem propositum afferuntur in VII. Synodo cap. 2. & refertur in cap. omnes. d. 38. scientia ergo hac per se maximè utilis est religioni & perfectioni eius. Quod si talis scientia est utilis, non est expectanda à Deo per infusionem, id enim superfluum esset; neque etiam solo ingenio proprio, & labore querenda, id enim & præsumptuosum, & periculosum existeret; ergo illius studio & disciplinæ vacare oportuno tempore convenientissimum est.

IV. Secundo ad hoc confirmandum adducit D. Th. opuscul. 19. c. 11. sententiam Hieronymi in epist. 4. ad Rusticum. Habeto cellulam pro paradiso, varia Scripturarum poma decerpe, hinc vivere delicis, hinc fructu complere. Et infra, nunquam de manu, & oculis tuis recedat liber, discatur Psalterium ad verbum, & infra, Ama scientiam Scripturarum, & carnis vitia non amabis. & infra, Ne ad scribendum disce proflitas, & leui ducaris in san: a multo tempore discere quod doceas. Deinde affert eundem Hieronymum epist. 103. ad Paulinum presbyterum, Sancta rusticitas, ubi sibi prodest, & quantum ad faciat ex vita merito Ecclesiam Christi, tantum nocet si destruentibus non resistat. refertur in c. Sancta. 2. q. 7. Afferre etiam possumus eundem Hieronymum epist. 13. ad Paulinum Episcopum dicentem, semper in manu tua sacra sit lectio, & infra, Audi mi conserue, amice, germane, ausculti paulisper, quo in Scripturis sanctis calle gradiaris, totum quod legimus in diuinis libris, niter quidem, & fulget etiam in cortice, sed dulcius in medulla est: qui dedit vult nucleum, frangat nucem; & in reliqua parte epistolæ illum excitat ad hoc studium: & concludit, nihil in te mediocriter esse contentum si totum summum, & totum perficere desideras. His addi possunt, quæ de hac scientia Scripturarum, quatenus religiosus & monachus necessaria est, tractat Calsianus collat. 12. a. c. 8. vsque ad finem. Item quæ de antiquis monachis referunt historiæ, quod nimirum lectioni Scripturarum assidue vacabant, ut de religiosis in Egypto, & de Ecclesiis Christianis refert Eusebius lib. 2. historiæ c. 16. ex Philone lib. de vita contemplatiua. Et de antiquis monachis S. Benedicti, idem refert Trithemius lib. de viris illustribus illius ordinis c. 6.

V. Tercio possumus etiam ratione hoc conuincere. Nam studium, præsertim sacrarum literarum, de se bonum est, & honestum, & ad perfectionem vitæ tã actiua, quàm contemplatiua est necessarium: ergo maximè accommodatum est religioso statui. Maior patet, quia scientia per se, est perfectio maximè consentanea naturæ hominis, & ideo etiam propter suam perfectionem appeti honestè potest: quia velle conuenientem naturæ perfectionem, & quasi ornamentum, per se bonum est: id est, seculo prauo fine, vel alio accidentario periculo morali, vel impedimento necessarij boni: hæc enim extrinseca sunt, & in religionis statu facile vitari possunt. Quod si hæc vera sunt de scientia ex genere suo, multo magis de scientia Dei & earum rerum, quæ ad ipsum pertinent, cum felicitas hominis in hac cognitione consistat, vel ab illa maximè pendeat, iuxta verbum Christi Ioannis 17. dicentis, Hæc est vita æterna, aut cognoscant te solum Deum verum, &c. Appetere autem propriam beatitudinem, & studere illi acquirere, pro huius vitæ capacitate optimum est. Et hinc facile probatur minor. Nam in primis contemplatio in diuinæ veritatis consideratione consistit, quæ sine præuia lectione, & studio, vel haberi non potest naturaliter, vel non sine periculo erroris; & ideo Patres omnes de vita contemplatiua tractantes, ante omnia docent assiduam lectionem, & studium ad

illam esse necessaria, & has ponunt inter partes vitæ contemplatiuæ, ut supra in lib. 1. cap. 6. n. 7. huius partis vidimus. Vnde Hieronymus epist. 103. Oro (inquit) te si ater obtrissine, inter hæc vivere, ista meditari, nihil aliud nosse, nisi quæ aliud querere. Nonne videtur tibi hic inter terris regni, vel istis habitaculum? ex quo (ait D. Thom. dist. c. 11.) patet, quid de celestibus con. ersario est in studio sacra Scriptura commorari. Nec minus necessaria est ad perfectionem huius partis vitæ actiua, quæ circa spirituales actiones, & salutem proximorum versantur, ut per se satis patet, magisque constabit ex sequenti assertione.

VI. Dico secundo in statu religioso, cuius finis est non solum contemplari, sed etiam contemplata aliis tradere, necessaria est non vulgaris scientia, sed perfecta rerum omnium, quæ ad fidem, & mores pertinent, ac proinde necessarium etiam est, ut religiosi huiusmodi scientiæ perfectè acquirendæ in tali statu religioso incumbant. Prior pars adeo est evidens, ut non egeat probatione. Quia nemo potest alios docere, si ipse ignoras sit: quomodo enim poterit mentes illuminare, qui in tenebris versatur, aut hæreticis resistere, aut rationem eius, quæ in nobis est, fidei reddere, aut morales difficultates occurrentes dissoluere, & omnibus satisfacere, nisi in utraque Theologica doctrina, politica & scholastica speculatiua, & morali: satis instructus sit. Confirmat hoc D. Thom. ex illo 1. ad Timoth. 4. Dum venio attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ; nam dictio illa, & doctrinæ, passivè (ut sic dicam) & non actiue intelligenda est, id est, non ad fructum aliorum, hoc enim ad doctrinam pertinet, sed pascendo te ipsum, ut rectè ibi adiunxit Caietanus, & Theophylactus ibi rectè colligit. Si Paulus Timotheum iubet incumbere lectioni Scripturarum, quid nos posibi facere docet? Et addit, Quin etiam ipsi Paulus ad finem, v. que vita sue, legendis sacris incubuit, quia & alios ad illud studium cohortabatur. Ac denique D. Thomas ex hoc patere concludit, quod exhortari, & docere volentibus necessarium est lectionis studium, & afferre illud Gregorij in Pastoralis p. 2. cap. vlt. Necessè est, ut qui ad officium prædicationis excubant, à sacra lectionis studio non recedant. Per lectionem autem in his, & similibus locis intelligi debet omne studium doctrinæ sacræ ad Ecclesiasticum, seu religiosum munus necessarium, vel accommodatum ad exhortandos, vel docendos proximos in rebus omnibus ad fidem, & mores eorum pertinentibus. Sic enim, & non alias explere poterit minister Euangelicus in omni materia præceptum Apostoli ad Titum 2. ut loquere quæ decet sanctam doctrinam.

VII. Et hinc facile probatur altera pars, supponendo duo certa, & moraliter necessaria, vnum est, non posse in huiusmodi religione recipi omnes viros prouectos, & in diuinis literis sufficienter instructos ad exhortandum, & docendum alios: quod ipsa experientia satis constat, & in superioribus lib. 3. cap. 1. num. 2. tactum est, & in constitutionibus Societatis, & Bullis Pontificiis in speciali est adnotatum, ut ibidem diximus. Aliud est, huiusmodi doctrinam, seu scientiam non esse à Deo miraculose petendam, & expectandam: non enim sunt hæc signa, aut extraordinaria opera nunc Ecclesiæ necessaria, sed labore & industria, cum diuina gratia comparanda est, iuxta illud Hieronymi epist. 4. ad Rusticum. Hæc dico, ut etiam si clericali te stultit d. siderum, discas quod possis dicere, & rationabilem hostiam esse es Christo, ne miles antequam tyro, ne prius Magister sis quam discipulus. Et infra, Multo tempore discere quod doceas. Sic etiam dixit Innocentius in epistola 12. & habetur d. 61. cap. 4. Miserum est eum magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit. Quod etiam habet Boetius in lib. de disciplina scholarium c. 2. & ad hoc propositum expendit Theophylactus verbū illud Pauli ad Timotheum.

VI.
1. assertio
bipartita.

Prior pars
ostenditur.

VII.
Propositi-
o ostendit
supponit: un-
duo.

Timotheum, Dum venio ascende lectioni, dicens, *Addis et animam per hoc quod dicit: Dum venero ipse faciens est veniens, ut acceptorem.* Versumque enim erat, cum qui praeceptoris oratus esset Paulum requirere. Cuius autem res gratia dicit, *Dum venio, par erat cum ipse iuuenis esset multa ignorare, egerque cum praesentia Pauli, vi hac diceret.* At inique: *Interdu dum venero, lego Scripturas, & inde habebis, vi sis ipso lecti, legationis, & praecipit: postquam autem venero, ego tibi iussu rari reliqua.* Quam ponderationem videat Theophylactus sumplisse ex Chrysothomo, qui hom. 13. brevius iam infinuauit, dicens, circa idem verbum, *Dum venero; proinde sime profecto id possum solatari quod discipulum: licet enim necessario debuit, vel deservit se ac parente deservit putaret, nisi ille suum pollicetur adveniens.* Quibus adiungere possumus, quod paulo inferius idem Chrysothomus addit, *Ista praedicat Timotheo dum loquitur, omnes salubriter admonet, quod hic, quod mortuos excitat, hac monita edidit, quid nos iam miseri diu sit sumus? Si ergo Timotheus indigebat doctore, & disciplina, quid mirum est quod religio, praefertim illi, qui futuri sunt ministri Evangelii, doctore, studio, ac disciplina indigeant.*

VIII.

*Concluditur
iam poste-
rior pars as-
sertionis.*

Ex his ergo duobus principiis, euidenter concluditur, optimum esse religioni iuuentutem studiis literarum sacrarum incumbere: quia ad omnem finem ipsius religionis necessarium est; & aliunde, nulla ex parte repugnat perfectioni talis status, vt iam tactum est, & respondendo ad obiectiones confirmabitur. Adde quod E. Thomas huiusmodi iuuentutem esse aptissimam ad profectum in huiusmodi literis, eo quod à carnalibus affectibus, & seculari cura maxime fit separata iuxta illud Isaia 28. *Quem docetis scientiam, & quem intelligere facies auditus? ablatas à lacte, auulso ab yberibus.* Propter quod Bernardus episcopus. 108. reprehendit quandam, qui religionis ingressum differrebat, vt in seculo studiis vacaret. *Falleris* (inquit) *sic te putas immensum mundi magistros, quam (scilicet scientiam) soli Christi discipulis, id est, mundi consensu prioris Dei munere assequuntur.* Et adducit illud Osee 10. *Seminate vobis ad iustitiam, metite spem vram, illuminare vobis lumen scientia.* Et subdit, *vides quia non rectè proceditur ad lumen scientia, nisi germen iustitiae procedat ad animam, ex quo formetur granum vite, & non palea glorie.* Quod ergo: nondum tibi ad iustitiam seminasti, nondum spei manipulos metisti, & veram esse praesentiam sectariae scientiae: nisi forte pro vera supponatur illa, quae in fide. Vbi licet de scientia spirituali, & practica precipue loqui videatur; non tamen excludit quamcunque scientiam, praeter inter rerū diuinarum. Locum autem Osee, quem adducit, in vulgata nostra non habet illa verba; *illuminare vobis lumen scientia*; sed relata sunt iuxta LXX. in vulgata verò loco illorum sunt haec, *Innate vobis nouale.* Hieronymus autem ibi in eandem sententiam à Bernardo intentam vtamque lectionem accommodat: *nouale enim agrum significat denuo ad culturam accommodatum, vt exposuit Pontifex in c. quid per nouale.* de verb. signif. Metaphoricè ergo significat animam, à qua spinæ, & radices peccatorum, ac vitiatorum eradicatae sunt; quae apta est ad spirituale culturam, & similiter ad scientiae profectum, vt exposuit etià idem Bernardus in sermone 37. in Cantica; & Origenes tract. 12. in Matth.

IX.

3 Assertio.
Probatur
Pontificib.

Dico tertio, conuenientissimè in Societate institutum esse primum religionum gradum, vt et ad studium vacetur. Hoc in primis factis constat ex approbatione Pontificum, & ex tota ratione instituti in lib. à nobis declarati. Ita enim sunt duo hi gradus scholarium, & professorum in hac religione instituti, vt prior ad posterius ordinetur: ergo finis proximus, & intrinsecus, vt sic dicam, illius prioris status est disponere personas, easque capacitas reddere, & aptas ad posterius statum. Hæc autem dispositio in duobus maximè consistit, in

virtute scilicet, & doctrina, iuxta illud Pauli 1. ad Timoth. 4. *Attende tibi, & doctrina*. Ex quoque infructu, & exercitium virtutis statim à principio religionis, & nouitatus, incipit, & ad illius studium, & disciplinam specialiter tempus secundæ probationis ordinatur, nam exercitium, & profectus est toto vitæ tempore durare debet, & tempore etiam studiorum peculiaris eius rei cura conseruatur, & in vltima probatione renouatur, vt in sequenti lib. cap. 1. & 2. videbimus. Merito ergo literarum studium positum est tanquam proprium munus, atque adeo tanquam proximus finis huius prioris gradus: vnaquæque enim res esse dicitur propter suam operationem. Quin potius D. Thom. dicit. art. 5. questione 188. 2. de tota aliqua religione (& videtur tacite de sua loqui) dicit rectè institui ad studia literarum: multo ergo facilius hic nos dicere possumus de inferiori quodam gradui totius religionis est tamè proportionalis diuerfitas: nam tota religio non ordinatur ad studia literarum, tanquam ad suam actionem, vel ad eamquam, vel præcipuam; sed tanquam ad actionem secundariam, quæ sit medium ad alias præcipuè intentas; quidam autem gradus religionis profectum in eo statu, qui solum consistit quandam partem vnius religionis, rectè ad illam actionem, tanquam sibi adequatam, vel præcipuam (scilicet post generalem curam propriæ perfectionis spiritualis) ordinatur. Hoc enim genus actionis, licet ordine intentionis posterius sit respectu totius religionis: ordine executionis necessario debet esse prius: optimè ergo primus religionis gradus circa illud occupatur. Quomodo autem nihil alienum à perfectionis instituto hic ordo continetur, ex solutionibus argumentorum constabit.

Ad fundamentum ergo contrarij erroris, primi
negatur assumptum, vniuersaliter intellectum: o-
stendimus enim antiquissimos etiam religio-
studium literarum plurimum coluisse. faciem au-
tem hoc studium non esse fingisse necessarium,
propriam perfectionem: sunt enim diuersa viae ad
perficiendas animas, quibus Spiritus sanctus vi-
tut. nam ob eam causam inter alias Ecclesia dicitur,
circumdari varietate, & ideo quod Benedictus, v. *Ala-*
tonius, vel alij innumeri sancti monachi studijs nō
vacauerint, non ideo est, quia religiosi hoc argu-
mentari, (hoc enim est ex puris particularibus argu-
mentari,) sed quia aliud vitæ genus professi sunt,
ad quod tam accuratum studium necessarium non
erat, sed illud quod ad rectos mores proprios inhi-
tuendos & ad diuinam contemplationem inere-
rore exerendam sufficeret: quod illis non defuisse
omnino credendum est: oportet ergo quod hoc
multum distinguere inter monachale institutum,
& mendicantium, (vt generatim loquar) nam in
hoc posteriori, studia sunt multo magis necessaria,
eo quod adiuvandos proximos ordinetur, vt dictū
est. Vnde quod mendicans religio perfectius hunc
finem participauerit, eo pluribus literis & studia
indigebit.

indigebit.

Ita ergo facile responsum est ad priora exempla. XL
Testimonium autem Basilij potius nostram inten- ad iun
tionem confirmat, tum quia dicitur nunquamque *scripsit* *de* *religione* *de* *bas.*
religiosum *debet*, studiose *scribere*, quia *officiis* *sumus*: reli-
giosus ergo, qui tendit ad officium ministrat Euan-
gelici debet accurate dicere, quæ ad illud officium
spectant, quod sine magno literarum studio fieri
non potest. Tum etiam, quia hoc ipsum confirmat
Basilius, dicens, *quis aliorum rectio commissa sit, cum qua*
apud omnes scripta sint, scientiam comprehendere habet, et quæ
dicere debet: quod non plane dicere possumus de do-
ceturæ sacerdote Societatis: nam licet minus Re-
ctoris non habeat quoad iurisdictionem, partici-
pat illud quoad doctrinā, & instructionem aliorum:
propter

Propter quam scientia est necessaria, cum doceat (sicut Basilus subiungit) cunctis, multiplicem Dei voluntatem singulis promouendo eff. in suo. Testimonium autem Hieronymi finistre refertur: nam ibi per studia non intelligit Hieronymus studia literarum, sed affectiones varias, vt D. Thomas recte exposuit, & ex contextu patet, qui sic habet: *Antequam diaboli instigatu studia in religione fierent: disceretur in populo: ego sum Paulus, ego Apollo, ego autem Cephas, &c. sic Virgilius.*

XII.

Ad primam rationem in num. 1. quod ad de occupatione tempus.
Sinditur incertum studia in contraria vulgus.
Ad primam rationem duo in ea dicuntur, scilicet studia occupare tempus, & mentem distrahere. Prius fatetur, non de toto, sed de magna parte temporis: cum ea enim moderatione in religione assumitur, vt suum proprium ac sufficiens tempus altioribus religionibus reseruetur: omnia enim tempus suum habent, & religionis status ita omnia disponit, & ordinat (ideo enim ordo vocatur) vt tempora non confundantur. Vnde in 1. regula Societatis ex communibus, quæ desumpta est ex p. 4. constit. c. 3. sic habetur, *singuli per singulum sibi tempus sue conscientie bis in die examinent de orationi, meditationi, lectionique spirituali impendat: & cætera, quæ sequuntur*; atque hoc modo, illa temporis occupatio nihil officit religionis perfectioni. Nec præterea tempus illud, quod studiis impenditur, sine spirituali profectu consumitur, cum totum illud studium magnum Dei obsequium sit, tum ratione finis ad quem ordinatur, tum ratione charitatis, & obedientiæ, à quibus proficitur, vt expressè habetur in 1. & 2. regul. scholarium Societatis, sumptis ex constit. p. 4. cap. 6. Alteram partem de distractione, simpliciter negamus, quia animæ distractio in deteriore partem sumitur, studia autem, quantum est ex se (quidquid sit de vitio, aut fragilitate personæ) non distrahunt mentem, quominus de Deo, vel de re aliqua honesta propter Deum cogitet, ergo non distrahunt, sed potius colligunt mentem, & solent esse medium ad prauas cogitationes impediendas, & consequenter impediunt carnis concupiscentias, & alia infima desideria, vt D. Thom. dict. art. 5. declarat.

XIII.

Instantia remouetur.
Dices impedire saltem actuale cogitationem, vel contemplationem de Deo. Respondeo; si hoc incommodum afferant pro illo eodem tempore, pro quo Deo vacandum est, non id oriri ex ipsis studiis, vel ex nostro inordinato affectu, aut negligentia, vel aliquando ex naturali conditione, & fragilitate: non ergo ob eam causam studia relinquenda, aut reprehendenda sunt, sed moderanda affectio, & circa spiritualia adhibenda diligentia, & cum diuina gratia difficultas illa superanda, quæ multo magis oriri solet ex aliis curis, & phantasiis, & cogitationibus aliarum rerum. Si autem dicatur studium hoc impedimentum afferre pro eo tempore quo studendum est, absolute loquendo, nullum id est inconueniens, tum quia non est mortalis conditionis semper actu cogitare de Deo, & post ipsum nihil melius cogitari potest, quam quæ ad sacram doctrinam pertinent, tum etiam quia, vt dicebam, cogitare de rebus aliis propter Deum virtute est cogitare de ipso, sicut dixit D. Thom. 1. p. q. 64. art. 1. ad 3. cognitionem rerum in propria natura, quando refertur ad laudem creatoris habere aliquid de luce diuina, & posse dici cognitionem vespertinam, quam boni Angeli habent. Tum denique, quia mens religiosa nunquam ita literarum studiis absorbetur, etiam illis temporibus, in quibus eis vacat: quin ad Deum sæpe recurrit, nunc intentione in illum renouando, nunc auxilium, & lumen petendo, nunc verò de veritatis intelligentia gratias agendo.

XIV.

Ad secundam responderetur, literarum studia per

se spectata, vel per se tantum assumpta, inter mediocria bona computari, & ideo sic sumpta non magni æstimari à religiosis, at verò sumpta vt instrumenta virtutis, & actionum omnium, quæ ad salutem animarum ordinantur, non esse inter mediocria, sed inter magna bona computanda: participant enim bonitatem finis ad quem ordinantur. Accedit quod studium rerum sacrarum, de quo præcipue agimus, non ita est ex mediocribus bonis, vt aliquid ex obiecto indifferens reputandum sit, nam reuera est ex obiecto honestum, quia cognitio quæ per illud inquiritur, est perfectio per se maxime consentanea supremæ hominis inclinationi, vel etiam naturali inclinationi gratiæ: nam cognitio de qua agimus ex principiis supernaturalibus procedit, & ad perfectionem huius spectat, quæ non potest dici ex mediocribus, sed ex maximis bonis.

Ad 1. rationem in eod. h. 2.

XV.

Ad 3. ibid.

Vnde facile responderetur ad tertium: negamus enim scientiam per se repugnare humilitati religiose. Vt enim dixit D. Thom. 2. 2. q. 167. art. 1. *Ista veritatis cognitio per se loquendo bona est: potest autem per accidens esse mala, ratione aliquis consequentis; vel in quantum aliquis de cognitione veritatis superbit, vel in quantum hinc videtur cognitione veritatis ad peccandum.* Constat autem ex dictis studium non sumi à viris religiosis gratia ostentationis, aut vanæ æstimationis, & ideo nihil repugnare modestiæ religiose: quod si qui motus contrarij insurgant, accidentarij sunt, & diuina gratia vinci possunt. Addo non semper esse reprehensibile in religioso aliquid interdum facere ad eruditionis & profectus in literis ostentationem: quæ tamen non in sola ostensione ad aliorum tantum opinionem aucupandam sistat, hæc enim vana ostentatio esset, sed ad eundem finem salutis animarum referatur; nam, vt Augustinus dixit lib. de Bonouiduitatis cap. 22. *Nobis necessaria vita nostra, alius fama nostra.* Et ser. 49. ex diuersis, qui est primus de communi vita clericorum, *consilium tibi, fama proximo tuo.* Ad conciliandam ergo auctoritatem necessariam, doctrinam ostentare à religioso statu alienum non est: Nam etiam ad Timoth. aiebat Paulus 1. epist. c. 4. *hæc meditare, in hisse, vt profectus tuus manifestus sit omnibus.* Vbi Chrysostomus, vides (inquit) vt in hoc quoque illum magnum fieri vellet, atque mirabile n. ex quo scilicet Ecclesiæ commoda prouenire sciebat, & ideo vult profectum manifestari omnibus non modo in vite rectitudine, ac sanctimoniali, vt in sinceritate atque vbertate doctrinæ. Atque hinc etiam constat quomodo ad huiusmodi studia gradus aliquis religiosus ordinari conuenienter potuerit.

CAPVT II.

Verum literarum humaniorum, linguarum, ac liberalium artium studium & perita religiosis Sacerdotis conueniens sit.

Impugnatores religionis tempore D. Thomæ, multo magis hoc studium inferiorum artium in religiosis damnabant: dicebantque (vt D. Th. significat) magis pertinere ad prædicatores Antichristi, quam Christi, quos describit Apostolus 2. ad Timoth. 3. de quibus inter alia, ait, *semper discites, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.* Vbi tacite reprehendit eos, qui profanas artes discunt, per quas nunquam ad veritatem doctrinæ sacræ cognoscendam perueniunt. Et ideo subiungit, *Te autem assequutus es meam doctrinam.* Et infra, *Tu vero permansisti in his, quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didicisti, & quia ab infima sacrae literas nosti,*

I.

Part. negans suadet ex paulo.

quae te possunt instruere ad salutem. Quasi dicat, haec doctrina tibi sufficit, alia vero litera, quae ad salutem hominem non instruunt, superflua sunt: propter quod idem Paulus 1. ad Corinth. 1. sapientiam huius mundi vocat stultitiam, & ad Coloss. 2. Philosophiam inanem, atque fallacem appellat. Vnde etiam Iulianus Apostata apud Cyrillum lib. 7. contra illum, sic argumentabatur contra Christianos his scientiis vacantes. Quare vos disciplinarum, quae apud Graecos sunt, conuicia estis; siquidem vobis vestra Scripturarum lectio sufficit, cum melius sit ab illis hominibus arceri, quam ab idololatriarum cultu. Adde etiam in iure Canonico prohiberi clericis discere non solum leges, sed etiam physicas disciplinas c. 2. ne clerici vel monachi in 6. ca. non magnopere. extra eod. tit. & in Concilio Carthag. 4. c. 16. prohibentur Episcopi Gentilium libros legere, & habetur 37. d. c. 1. ubi per multa sequentia capita referuntur testimonia Patrum reprehendentium huiusmodi studia in Ecclesiasticis viris, praesertim c. 5. ex Hieron. supra ad Eph. 6. arguuntur Episcopi, qui filios suos in secularibus disciplinis erudiant. Et in c. omnem, dicitur haereticos praecipue studere Dialecticæ, & subiungitur, sed non in Dialectica complacuit Deo saluum facere populum suum.

Secunda arguit Iulianum Apostatam

Tertia arguitur ex iure.

II.

Affertio affirmatiua scripturae.

Primam probatur primo ex Patribus.

Dicendum vero est linguarum, & liberalium artium eruditionem maximè necessariam esse operariis Evangelij, nec religioso statui repugnare; & ideo merito scholares Societatis diligenter in his doctrinis oportet erudiri, priusquam doctrinae sacrae in Theologia scholastica, vel Scripturae diuinae interpretationi, aut intelligentiae incumbant. Res est satis clara, & certa. Quae probari potest primò, ex antiqua Patrum traditione. In primis Clementis 1. ep. 5. de communi vita ad discipulos, quae habetur in c. elatum d. 37. ad praefens institutum accommodatissima est, dirigit enim ad religiosos, quos peculiariter vocat discipulos, seu condiscipulos; hosque primò ad paupertatem, & obedientiam hortatur; deinde ad Scripturarum intelligentiam, quae non proprio sensu, sed secundum traditionem Patrum & consonantiam locorum eiusdem Scripturae interpretandam esse dicit. Tandem verò subiungit, cum enim ex diuina Scriptura integram quæ, & firmam regulam veritatis susceperis, absurdum non erit si ab illis etiam ex eruditione commutis, ac liberalibus studiis, quae forte in pluribus artibus, ad asserionem veri dogmatis conferat, ita tamen, ut ubi vera dicitur, falsa & simulata declinet. Hinc etiam Eugenius Papa in cap. de quibusdam, d. 37. ordinauit, ut in omnibus Episcopatus constituerentur Magistri & Doctores, qui studiosa, erarum, liberalium, & artium dogmata assidue doceant. Et subiungit rationem notandam, quia in his maximè acutissima manifestatur atque declarantur mandata.

III.

Probatur secundo.

Atque ita obseruasse omnes antiquos Ecclesiae Doctores ex historiis, & ex ipsismet facile intelligitur. Nam etiam Paulus non dedignatur aliquid de prophetis auctoribus, suis dictis, vel scriptis inferere, ut patet Actor. 17. 1. ad Cor. 15. ad Titum 1. quae loca ad hoc propositum obseruauit Hieronymus, ubi etiam intelligit illud Prou. 1. Animaduerte parabolas, & interpretationem, verba sapientum, & aenigmata eorum. Et addit Hieronymus, quae proprie Dialecticorum, & Philosophorum sunt. Et inferius ad hanc rem accommodat ritum accipiendi mulierem captiuam in uxorem; Deut. 21. tradendo caput, supercilia, pilos, & ungues corporis amputando. Et subiungit, Quid ergo mirum si ego sapientiam secularem propter eloquijs venustatem, & membrorum pulchritudinem, de ancilla, atque captiua Israelitidem facere cupio? Et infra, labor meus in familiam Ch. istius proficit. Quod deinde confirmat exemplo Origenis, Metrodij, Quadrati, Aristidis, & aliorum multorum, tam Graecorum, quàm

Latinorum. Et concludit, Qui omnes in tantum Philosophorum doctrinis, atque sententiis, uos referunt, non nescitis, quid in illis primum admirari debeatis, eruditum scilicet, & sapientiam Scripturarum. De etiam Augustinus in libris de doctrina Christiana ex professo ostendit, quàm sint necessariae huiusmodi artes ad sacrae Scripturam intelligendam, praesertim lib. 2. Et in summa tria dicit esse necessaria; signorum intelligentiam, rerum cognitionem & dubiorum ac difficultatum expeditionem. Primum confert linguarum notitia; ad secundum inuuant Philosophia, & Mathematica; in tertio modum, & magnum lumē praebet Dialectica; supponit autem lib. 1. cap. 1. duo esse necessaria in omni tractatione, scilicet modum inueniendi, quae intelligenda sunt, & modum proferendi, quae intellecta sunt. & ideo praeter illa tria, quae ad intelligentiam necessaria sunt, ad proponendi modum in lib. 4. requirit eloquentiam, non ut simpliciter necessariam, sed ut valde utilem, & ut cum debita moderatione vsuatur; quod de Dialectica, & de cæteris artibus intelligendum erit, ut ipse latè prosequitur lib. 2. cap. 35. & sequentibus. Quomodo etiam dixit optimè Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromat. n. 2. versus finem, vnaquodque est multus, & plane inutilis abusus, qui consuevit in iis, in quibus non oportet, eo, qui est cognitione praeditus, vnde disciplinis tanquam praeparationibus, quae aduocant in causarum instar habeant, & ad accuratam veritatis traditionem, quatenus id potest affinis, nec ab eo potest diuisum, & ad propellendas artificiosas rationes, quae improbe molantur, excindere veritatem non relinquit erga, quae praeparant eas, quae sunt in orbe disciplinarum, & etiam Philosophiam, sed non principali ratione si dea quae necessaria, & secunda, & deriuatur à circumstantiis. Et paulo superius optimè concludit: Per consequentia ergo his qui quaerunt, quae exerceant ad cognitionem, summi ex vnaqueque disciplina id, quod confert ad veritatem. Et postea latè prosequitur per singulas liberales artes discurrendo, earumque utilitatem attingendo: adducitque exemplum Abrahae, qui in Astrologia, & Astronomia peritus fuit, eisque ad veritatis cognitionem optimè est vsus; sicut etiam de Moyse dicitur Actor. 7. quod eruditus erat omni sapientia Aegyptiorum, quod non sine peculiari Dei providentia factum est, ut eos confunderet, à quibus eruditus est, ut Theophylactus ibi indicat. Hinc denique Nazianzenus orat. 20. quae est finebris in Basilium, illud inquit inter sancta mentis hominis consilium, & eruditionem inter humana bona principem locum tenet, non de hac nostra solum, ac nobiliori loquor, quae a consuetudine sermonis lepore atque ornatus saluti vni, atque tam vni quam ratione, atque animo intelliguntur pulchritudinis acerbissime haeret, sed etiam de externa, quam plerique Christiani prauo quodam iudicio ut infidiosam, & periculosam agnoscunt. Quod latè prosequitur & variis exemplis declarat.

Ex his ergo sufficienter conuincitur, totam hanc eruditionem humanam, debita intentione, ac moderatione sumptam Doctore Evangelico esse valde utilem, ac moraliter necessariam, quae erat prima pars asserionis. Quod autem religioso statui non repugnet, quae erat secunda, eiusdem exemplis, & actionibus conuinci potest. Hieronymus enim, & Augustinus religiosi fuerunt, qui vbiq; summam eruditionem in his literis ostendunt. Idem dicere possumus de Athanasio, Basilio, Nazianzeno, & similibus. Ratio etiam id conuincit: quia hinc propter quem haec scientia quaeruntur optimus est, & in perfectissimo statu religioso necessarius, ut saepe est ostensum. Medium etiam hoc, & per se bonum est, quia est perfectio intellectus, & veritatum naturalium cognitio, & quatenus medium quoddam valde utile, quoad aliqua verò, etiam necessarium est ad dictum finem. Est enim necessaria saltem

IV.

tem Latine lingue sufficiens cognitio, & Dialectica & Philosophi mediocri eruditio: fine his enim nullus nisi temere, & imperite ad Theologiam accedere potest. Ad eam vero exacte comparanda linguarum cognitio, & peritia omnium artium præsertim vero Dialectica, Philosophia; & Metaphysica exacta comprehensio vtilissima est. Hinc Clemens V. in Clem. i. de statu Monach. §. penult. inter alia, quæ ad ampliationem cultus diuini statuit, vnum est: *vt in lingulis monasteriis, quibus ad hoc suppetunt facultates, idoneus teneatur Magister, qui eos (id est, Monachos) in primis scientiis instructus diligenter.* Per primitiua autem scientias sine dubio intelligit eas, quæ ad diuinam Theologiam præambula sunt; deoque rationem adiungit, *vt monachi proficiendis in scientiis via opportuna non desit, cui consonat cap. quid nonnullis, de Magistris, vbi Grammatica etiam doceri præcipitur, ne opportunis proficiendis substrahatur.* Vnde etiam Trithemius dicto lib. de viris illustribus S. Benedicti cap. 6. refert antiquissimum consuetudinem illius sacri ordinis fuisse iuniores fratres disciplinis scholasticis instituere, vt Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Philosophia, & aliis, quibus sufficerent instructi ad sacram Scripturam introducerentur. Quod si in religionibus monasticis hæc consuetudo probata fu t, multo magis in illis, quæ ad spiritualia ministeria proximorum instituenda sunt, vt rectè concludit D. Thomas dict. Opuscul.

V. Ex quibus nos à fortiori concludimus tertiam
Tertiam partem
asserti iuda-
dictum ex fine
Societatis.
 afectionis partem religionis Societatis necessariam fuisse
 omnino hanc institutionem: id verò constat ex dictis
 lib. 1. c. 2. de fine huius religionis: nam inter omnes
 quæ ordinantur ad salutem proximorum, sine du-
 bio excellit in modo, & præcipua intentione qua-
 rendi salutem animarum: ad quem finem tria principa-
 lia munia assumit, scilicet propagare Ecclesiâ
 inter infideles, & quascunque remotissimas nationes,
 defendere illam ab hæreticis, & impugnatori-
 bus pro eorum simul reductione laborando: exhortari,
 & docere ipsos Catholicos ad eorum sanctificationem, & omnem perfectionem quoad fieri
 possit cooperando. Vnde fit, vt hæc religio peritiam
 linguarum, & totius Philosophiæ ac Metaphysicæ
 indigeat, non solum propter Theologiz, & sacre
 Scripturæ intelligentiam, sed etiam vt aliis modis
 ea peritiam vtatur in fidei obsequium.

VI. Nam peritia linguarum hoc tempore maxime necessaria est ad refutandum haereticis, & eorum perulentiam retundendam: aliquorum etiam linguarum cognitio ad seminandam fidem inter Paganos, & Gentiles maxime necessaria est Vnde sicut Spiritus sanctus uo hanc praecipuam causam primis Euangelij praedicatoribus tribuit linguarum donum, ita quando illa signa cesserunt, religio, quae illud munus participat, debita diligentia & industria linguarum instrumenta preparare, & quoad fieri possit, vniuersale efficere debet: quod fine peritia linguarum non fit. Hac ratione vitur Pontifex in Clement. i. de Magis, dicens, Illius, cuius vicem in terris gerimus, imitantes exemplum, qui viuos per vniuersum mundum ad euangelizandum Apostolos in omni linguarum genere fore voluit eruditis, viris Catholicis peritiam linguarum habentibus, quibus vniuersi infideles, praecipue abundanter sanctam effusam: Ecce iam qui infideles ipse sicut, & valent sacris institutis instruere. De qua re videri potest Ludou. Gomez. super regulas Cancellariae, reg. de idiomate q. i. vbi hoc ipsum argumentum recte prosequitur dicens quam sit necessaria ad fidei propagationem linguarum notitia, illarum praecipue etiam apud infideles frequentiores sunt. Philosophia etiam necessaria est huic religioni, non solum ad Theologiam sibi acquirendam, sed etiam vt per eam prepararet viam ad tractandam cum Gentibus.

libus fidem, conuincendo eorum errores, & naturales veritates de Deo euidenter demonstrando. hunc enim morem antiqui patres, & Ecclesie rectores obseruarunt, vt constat ex Augustino in libris de Ciuit. Dei, Eusebio in libris de Preparatione, & demonstratione Euangelica, Iustino in oratione Parenetica ad Gentes, & vtraque Apologia pro Christianis. Cyrillo libris contra Iulianum, Tertulliano, Arnobio & aliis. Fieri autem non potest, scilicet miraculo, aut extraordinaria providentia Dei, vt aliquis sufficiat vi & efficacia rationum errores naturali lumen contrarios conuincere, nisi in Philosophicis disciplinis accuratè instructus, & eruditus sit.

Quod optime confirmat exemplum Danielis, prout illud expendit Glossa ordinaria, circa illud verbum Danielis, *Proposuit autem Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa Regis, &c.* Dixerat enim prius iussisse Regem Proposito suo, vt introduceret de filiis Israel pueros eruditos omni sapientia, cautos scientia, & doctos disciplina, & qui possint stare in palatio Regis, vt doceret scribas, & linguam Chaldeorum. Et adiungit, constituisse eis annonam per singulos dies de cibis suis, & de vino per de bibebat ipse: postea vero solum dicit proposuisse Daniele, ne pollueretur de mensa, tacite significans a doctrina & peritia linguarum, non abstinuisse: qui enim duobus propositis vnum excludit, aliud tacite admittit, vt argumentatur Gregorius hmo. in Euangelia, & pro iure positum est in cap. nonne, de presumptionibus. Quo argumento supposito, recte dicit predicta Glossa ex Hieronymo ibi, *Quid de mensa Regis non vult comedere, ne pollueretur sapientiam*, atque doctrinam Aegyptiorum scire esse peccatum, nunquam dicit de se: dicit autem, non vt sequatur, sed vt iudicet, atque conuincat. Si enim quid imperitus huius artis, adue sus Mathematicos scribas, aut experis Philosophia: contra Philosophos agat, irridendus est. Hac ergo intentione (concludit) discunt pueri Chaldaici doctrinam, qua & Moyses omnem sapientiam Aegyptiorum didicerat. Et in fine capitis indicat Daniel Deum specialiter cooperatum fuisse huic intentioni, & studio eorum, Pueris (inquit) h & dedit Deus scientiam, & disciplinam in omni libro, & sapientia. Et infra, Et omne verbum sapientie, & mellis, quod significatur est ab his Rex inuenit in vniuerso regno eius. Quod plane intelligitur de propria doctrina & Philosophia ipsorum Chaldeorum, vt Hieronymus & Theodoretus adnotarunt. His ergo propriis & specialibus rationibus necessaria est Societas harum rerum summa eruditio.

In quo etiam confidero, aliud esse loqui de toto corpore, seu confufe de operariis Societatis, aliud verò de fingulis perfonis eius. Nam priori modo loquendo absolute dicere poffumus neceffarium esse Societati maximam perfectionem omnium dictarum disciplinarum, & linguarum : quia licet difficile, vel moraliter impoffibile fit, omnes illas fimul cum theologica doctrina in fingulis perfonis perfectè coniungi: tamen in ipfo corpore Societatis effe poffet, & procuranda eft excellentia, & eminentia in omnibus illis. Quod & facile comparari poterit, fi in vnaquaque disciplina aliquis, vel aliqui fint, qui peculiari ftudio, & diuturniori tempore, ac diligentius illi incumbat, & ad varia Ecclefie obfequia, quæ pro temporum, & occupationum diuerfitate occurrunt, viliffimum eft, ut difcurfus factus offendit, & ipfa experientia factis hætenus comprobauit. Atque ob eam rem, quamvis hæc ftudia in Societate principalius ad Theologiam referantur, ad quam, & ad sacræ Scripturæ intelligentiam eius religioni frequentius, & principalius tendunt. Nihilominus interdum aliqui diutius in his inferioribus artibus occupan-

Antequam Theologia scholastica, & quidem in hac, antequam postrema studii se dedant. Sacre Scriptura vel eodem tempore, vel postea discipulorum. Dices Bernardum longe alium ordinem docuisse, dicentem, Quo ordine ut id prius, quod maturius ad salutem. Respondeo, vel non loqui de ordine harum scientiarum inter se, sed de priori comparatione, ad scientiam virtutis, vel certe loqui simpliciter, de ordine ut includit ordinem intentionis: sic enim inchoandum est ab ea scientia, quæ maturior, & propinquior est ad salutem, atque ita sacra doctrina prima in ordine tali futura esse debet. At verò ordine executionis necesse est à rudimentis incipere, & ab imperfectioribus ad perfectiora progredi. Et hunc ordinem nobis proposuit B. Ignatius.

II.

In cuius verbis illud solum explicandum occurrit, quod Theologiam positum à sacre Scripturæ intelligentia distinguit, cum tamen ordinario, & communi loquendi modo doctrina, quæ intelligentiâ Scripturæ tradit, nomine Theologia positiua significare soleamus. Videtur ergo per positum Theologiam intellexisse Ignatius lectionem sanctorum Patrum, & Conciliorum ac decretorum Ecclesiasticorum, ut significatur in declaratione capituli 5. lit. B. & in cap. 12. §. 1. & cap. 14. §. 1. lit. C. quibus etiam addere possumus eam historiam Ecclesiasticæ eruditionem, quæ ad traditiones Ecclesiasticas eruendas, & fundandas confert. His enim omnibus perfectus Theologus, summa diligentia incumbere debet, post iacta tamen Theologiæ scholasticæ non exigua fundamenta. Potest etiam sub positiua doctrina tota illa eruditio comprehendendi, quæ pro concionibus ad populum necessaria est. Errant enim valde, qui ante magnum profectum in Theologia scholastica, ad illud genus studij distrahuntur, quia omnia confundunt, & nihil cum fundamento solido, plura autem non sine periculo errandi addiscunt. Hoc ergo totum in prædicta constitutione, & distinctione verborum significari videtur. Nam illud Scripturæ studium, quod præcisè ordinatur ad literalem eius intelligentiam, necessarium est, ad ipsammet scholasticam disciplinam. Et ideo oportet aliqua illius principia, seu inchoationem aliquam, cum ipsamet Theologia scholastica accipere. Et fortasse ob eam rem sub distinctione dixit B. Ignatius, vel eodem tempore, vel postea addisci posse, quia reuera necessarium est aliquem profectum in scholastica Theologia prius facere, postea verò in discursu eiusdem disciplinæ, aliquid de Scripturæ intelligentia adiungere.

Ante Theologiam positam de populo non insulam.

III.

De secundo puncto necessario ad profectum scientiæ dixit Bernardus. Quo studio & ut id ardentius, quod vehementius ad amorem. Quod egregie quidem dictum est, loquendo de scientia mytica, quæ magna ex parte practica est, & ad amorem ordinatur, suo tamen modo etiam applicari potest ad artes, & ad scientias speculatiuas, de quibus loquimur. Nam ex parte discens ad istum finem diuini amoris ordinandæ sunt; & ideo, quæ propinquius ad illum accedunt, & magis ad illum mouent, maiori affectu, & studio suscipiendæ sunt. Item quia, (vt Philosophus ait) Propter quod vnumquodque tale, & illud magis: at inferiores artes addiscendæ sunt propter sacram doctrinam, quæ proximè, & vehementius in Deum ducit: ergo huic impensius studendum est. Verum tamen, quamuis ex parte affectus, siue quoad intentionem siue quoad appreciationem, hoc verum sit, nihilominus quoad effectum, & applicationem laboris, quælibet doctrinæ maximo studio suscipiendæ est, quantum eius difficultas, & arduitas postulauerit: mensura enim proxima huius studij, non est amor, sed operis arduitas, & necessitas. Et ideo B. P. Ignatius generaliter de omnibus his studiis dixit 4. p. constit. cap. 6. §. 2. Serio, & constanter animum studio applicare deliberent, sibi que persuadeant, nihil gratius se Deo facturos in Collegiis, quam si ea intentione, de qua dictum est, studij se diligenter impendant. Et §. 8. Scholastici in audendis lectionibus sint assidui, & in eis prouidendis diligentes, & postquam eas audierint, repetendis, iis, quæ non intellexerint, interrogandis: alius verò, quæ oportuerit, adnotandis. Et in toto discursu illius capituli, multa prudentissimè ordinat, quæ magnam profectio animi, & laboris applicationem ad studia requirant. Propter quod in cap. 4. §. 2. tanquam fundamentum statuerat, hanc literariam operam totum hominem requirere. Ne autem nimia aut minus vtilis religionis viris appareat, subiungit eodem loco, si cum debita intentione suscipiatur, non minus, imò magis gratum esse Deo, quacunque alia; studiorum tempore. Et in cap. 6. addit, illum studendi laborem, ex obedientia, & charitate susceptum, esse opus magni meriti, & ideo non amitti fructum eius, etiam si ad effectum per illud intentum (præmaturè intercedente morte) non perueniatur.

Iam verò de ultimo membro interrogat Bernardus quo fine? & respondet, vt non ad inanem gloriam, aut curiositatem, aut aliquid simile, sed tantum ad edificationem suam, vel proximi. Sunt namque (ait) qui scire volunt, eo fine tantum, vt sciatur: & turpis curiositas est, & sunt qui scire volunt, vt sciatur ipsi: & turpis vanitas est, proprii & qui profectio non euadent substantiam satyricum, & ei qui proximo. huiusmodi est decantantem: scire tuum nihil est, nisi te scire hoc, sciat alter? & sunt item, qui scire volunt, vt scientiam suam vendant, v.g. pro pecunia, pro honoribus, & turpis questus est. Sed sunt etiam qui scire volunt, vt adificent, & charitas est. Et item, qui scire volunt vt edificentur, & prudentia est. Horum omnium soli ultimi duo non inueniuntur in abusione scientiæ, quippe qui ad hoc volunt intelligere, vt bene faciant. Quæ verba omnia, ad rem, de qua agimus, accommodatissima sunt; nam vt ab ultimo verbo incipiamus. Societas ad hoc præcipue doctrinam querit, vt bene faciat, primum sibi, deinde proximis. Nam, & propriam perfectionem primariò, & deinde perfectionem proximorum procurat. Quam enim in hoc scientiæ labore maiori ex parte dicere possumus principalem illius finem esse beneficium proximorum: nam ad propriam perfectionem minor eruditio, minorque linguarum, & scientiarum congregatio sufficeret. Nihilominus finis perfectionis propriæ nunquam excludendus est, etiam ab ipso studiorum labore, non solum quia cum ille meritorius sit, magis ac magis semper animam sanctificat: sed etiam, quia hoc studium, quantum est in se, magis ac magis hominem illuminat circa Dei cognitionem, & morum perfectionem, quæ principaliter semper intendenda est. Atque ita hunc finem proposuit nobis B. P. Ignatius initio 4. partis constitutionum, & cap. 5. in principio, Cum doctrinæ (inquit) quæ in hac Societate addiscitur, hic scopus sit, suis, & proximorum animis Dei fauore aspirante prodesse. Et ex hoc fine colligit cap. 12. in principio, potissimum incumbendum esse Theologicæ doctrinæ, quia illa est medium magis proprium ad dictum finem, vt circa verba Bernardi adnotauimus.

Quamuis autem hic sit generalis finis in his studiis habendus: nihilominus in vnaquaque facultate, seu disciplina proximus, & peculiaris finis adhibendus est, vt iuxta illum mensura, & modus eius adhibeatur. Optimum exemplum est positum à B. Ignatio 4. p. Constit. cap. 6. §. 5. vbi sic inquit, Si linguarum studio nostri vacant, inter cetera, ad quæ discendum intentio feratur, illud sit, vt versionem ab Ecclesiâ probatam defendant. Potest etiam in huiusmodi con-

IV.

Tertium re- quæ sunt est- sinu genera- liu profectus sunt qui scire volunt, vt sciatur ipsi: & turpis vanitas est, proprii & qui profectio non euadent substantiam satyricum, & ei qui proximo. huiusmodi est decantantem: scire tuum nihil est, nisi te scire hoc, sciat alter? & sunt item, qui scire volunt, vt scientiam suam vendant, v.g. pro pecunia, pro honoribus, & turpis questus est. Sed sunt etiam qui scire volunt, vt adificent, & charitas est. Et item, qui scire volunt vt edificentur, & prudentia est. Horum omnium soli ultimi duo non inueniuntur in abusione scientiæ, quippe qui ad hoc volunt intelligere, vt bene faciant. Quæ verba omnia, ad rem, de qua agimus, accommodatissima sunt; nam vt ab ultimo verbo incipiamus. Societas ad hoc præcipue doctrinam querit, vt bene faciat, primum sibi, deinde proximis. Nam, & propriam perfectionem primariò, & deinde perfectionem proximorum procurat. Quam enim in hoc scientiæ labore maiori ex parte dicere possumus principalem illius finem esse beneficium proximorum: nam ad propriam perfectionem minor eruditio, minorque linguarum, & scientiarum congregatio sufficeret. Nihilominus finis perfectionis propriæ nunquam excludendus est, etiam ab ipso studiorum labore, non solum quia cum ille meritorius sit, magis ac magis semper animam sanctificat: sed etiam, quia hoc studium, quantum est in se, magis ac magis hominem illuminat circa Dei cognitionem, & morum perfectionem, quæ principaliter semper intendenda est. Atque ita hunc finem proposuit nobis B. P. Ignatius initio 4. partis constitutionum, & cap. 5. in principio, Cum doctrinæ (inquit) quæ in hac Societate addiscitur, hic scopus sit, suis, & proximorum animis Dei fauore aspirante prodesse. Et ex hoc fine colligit cap. 12. in principio, potissimum incumbendum esse Theologicæ doctrinæ, quia illa est medium magis proprium ad dictum finem, vt circa verba Bernardi adnotauimus.

V.

Fines illi- peculiares hibendus est, vt iuxta illum mensura, & modus eius adhibeatur. Optimum exemplum est positum à B. Ignatio 4. p. Constit. cap. 6. §. 5. vbi sic inquit, Si linguarum studio nostri vacant, inter cetera, ad quæ discendum intentio feratur, illud sit, vt versionem ab Ecclesiâ probatam defendant. Potest etiam in huiusmodi con-

uersio esse proximus finis addiscendi linguas, iuxta superius dicta. Propter quod 2. p. Constitut. cap. 12. §. 2. prius dicitur, propter Theologiam, & eius usum addiscendas esse, Latinam, Græcam, & Hebraicam, linguas; postea vero subditur. Aliarum præterea linguarum, qualis est Chaldaica, Arabica, & Indica, ubi necessaria, vel utiles ad dictum finem videntur, habitare regionum diuersarum, & causarum, quæ ad eas docendum mouent, ratione, possent præceptores constitui. Vbi in declaratione lit. B. dicitur; Cum in aliquo Collegio eo spectaretur, ut homines ad Saracenos, vel Turcos inuandos prepararentur, Arabica lingua, vel Chaldaica conueniret: cum ad Indos, Indica, & sic de aliis dicendum, &c. Cuius constitutionis, & declarationis vestigiis egregie insitit S. Congregatio canon. §. 4. eodem modo de Philosophia, & Artibus liberalibus iudicandum est: nam, ut superius diximus, hæc & Theologia inserviunt, & per se etiam iuuare possunt ad finem circa proximos intentum. Quod his etiam verbis significatum est 4. p. Constitut. cap. 12. §. 3. Artes, & Scientia naturales, ingenia disponunt ad Theologiam, & ad perfectam cognitionem, & usum inserviunt, & per se ipsas ad eundem finem iuuant. Oportet ergo, ut qui in Societate illis incumbit, finem proximum intueatur, propter quem illud studium assumunt: nam longe aliter Philosophiæ studere debet, qui illa visus est tanquam proximo instrumento ad infideles conuincendos, quam is, qui solum illam assumit, ut dispositionem ad Theologiam: & sic de aliis. Et ideo in declaratione eiusdem cap. lit. C. generatim dicitur, Tractabitur Logica, Physica, Metaphysica, moralis scientia, & Mathematica: quatenus ad finem nobis propositum conueniunt.

VI.
In volunt
du huius
libri finis
etiam proxi-
mus atten-
dendus.

Atque eadem ratio finis propinqui circa lectionem librorum maximè necessaria est; ut scilicet, illi ab vnoquoque legantur, qui proprio munere, seu fini sibi peculiariter præfixo utiles; & accommodati sint, alioqui lectio ad curiositatem potius erit, quam ad religionem pertinebit. Et ideo quibusdam Gentilium, seu infidelium librorum lectio necessaria est, ut possint eorum errores confutare, & argumenta dissoluere: aliis vero inutilis, vel nociua erit talis lectio. Similiter in aliquo religioso erit Astrologia, v. g. operam dare, si fini sibi præstituto inserviat; in alio erit inutile, & otiosum. Sicut quodlib. 4. a. 16. dixit D. Thom. studere magicæ arti ad reprobendam, & confutandam illam bonum est; tamen si sit talis persona, ad quam non pertinet hoc scire, inordinatum esse appetitum.

VII.
Quo modo
improbatur
autem primus
finis dicitur
à Bernardo

Atque hinc colligo ex illis tribus finibus, quærendi scientiam, quos D. Bernardus non probauit, primum non esse quidem per se malum, respectu tamen religiosi esse inordinatum ratione status, & conditionis talis personæ, v. à simili colligo ex D. Thoma in dict. quodlib. Cum enim scientia naturaliter appetatur, ex suprema hominis inclinatione per se bona est, & honesta, quia si per se spectat ad animi ornamentum, & perfectionem, illam propter se appetere, non est per se malum, etiam si per eam nihil aliud intendatur, nisi cognitio naturalis veritatis. At in viro religioso duplici ratione id est reprehensibile. Primo, quia ratione sui status tenetur in his præcipue versari, quæ ad perfectionem conferant: scientia autem per se spectata, nihil confert. Secundo, quia qui hac solum intentione in studiis versatur, regulariter non quærit ea quæ utiliora sunt, sed quæ delectabiliora. Merito ergo tale studium in viro religioso, dici potest turpis curiositas; licet enim in particulari fortasse non semper sit propria culpa, ac peccatum, semper tamen est valde imperfectum, & expositum multis

periculis sæpius in eo peccandi, propter rationes dictas.

Secundus autem finis per se & intrinsecè malus est: & quamuis ex obiecto non habeat malitiam mortalem, potest tamen facile esse occasio multorum grauium peccatorum, sicut de ambitione, & de inani gloria docuit D. Thomas 2. 2. q. 131. art. 1. & quæst. 132. art. 3. & 4. Maximè autem solet ex hoc fine oriri appetitus ostentandi singularem scientiam, & consequenter, dicendi noua, quod maximè in Theologica doctrina cauendum est; præsertim quando nouitas est antiquitati contraria, nam si sit ad illius confirmationem, maioremque illustrationem, & amplificationem, non semper est reprehendenda. Hoc enim est quod dixit Vincentius Lirinensis lib. aduersus profanas nouitates cap. 26. & 27. tractans illud Pauli 1. ad Timoth. 6. O Timothee depositum custodi, deuotans profanas vocum nouitates. O Timothee (inquit) si sacerdos, si tractator, si Doctor, si tu diuinum munus idoneum feceris, ingenio, exercitatione, doctrina, esto spiritualis tabernaculi Bekelel: præstas diuini dogmatis gemmas exculpe, fideliter capta, adorna, serua, adiuue splendorem gratiam, venustatem, intelligatur te exponente illustris; quod antea obscurus credidatur, per te posteris intellectum gratuletur, quod antea vixit, non intellectum venerabitur: eadem tamen que didicisti, nã doce, ut cum dicas nouè, non dicas noua. Quod laus deinde profequitur. Sic etiam dixit Bernardus epist. 17. ad Canonicos Lugdunenses, Nouitas contra Ecclesiam ritum presumpta, mater est temeritatis, foras superfluitatis, & filia leuitatis. Atque eodem modo, omnia iura reprobant nouitates antiquæ consuetudinibus contrarias, quæ plerumque discordiam pariunt, vt ait Honorius III. in cap. cum consuetudines, de consuetudine, & Benedictus XI. Extra. inter cunctas, de priuilegiis. de qua re plura legi possunt d. 11. & 12. Quod non solum verum est de nouitate morum, sed etiam de nouitate doctrinæ, quando talis est, vt antiquæ repugnet, turbat enim pacem, & occasio est erroris, vt enim dixit Baldus consil. 112. lib. 2. Bene loquitur, qui contra omnes loquitur. Et propter hanc causam, sæpe in nostris constitutionibus admonemur nouas opiniones vitare, 3. p. constitut. cap. 1. lit. O. & p. 8. cap. 1. lit. K. addit communiorum doctrinam esse sequendam, & p. 4. cap. 5. §. vlt. magis approbatam, & securam, & similia multa, quæ prædictæ nouitati contraria sunt. Ad hoc ergo incommodum vitandum maximè necessarium est turpem illam vanitatem à principio vitare, ne quis scientiam adiscat, vt sciatur, id est, non eo statim procedat hæc vanitas, vt non solum sciens, sed etiam auctor & inuentor suæ scientiæ, quis videri velit.

Tertius finis à Bernardo improbat maximè alienus esse debet ab scholasticis Societatis. Nam licet quærare scientiam ob quæstum, vel pecuniam, vel honoris, ex se non sit intrinsecè malum si in illo fine non sistatur, sed ad alium honestum referatur: nihilominus in Societate inordinatum est, vt pote contrarium regulæ, & instituto eius. Primo enim (vt supra lib. 4. cap. 7. à numer. 18. ostendimus) nullum stipendium, aut temporale commodum pro suis ministeriis accipere potest: ergo repugnat huic instituto scientiæ incumbere propter quæstum pecuniæ: nam qui hanc intentionem habet, virtute habet propositum recipiendi postea pecuniam, propter usum suæ scientiæ, quod vix potest excusari à peccato graui. Possit autem aliquis intendere huiusmodi quæstum, vel commodum temporale, non per modum stipendij, sed solum per modum emolumentij, quod consequi sperat, si doctus euadat, eo modo, quo licet potest, & solet consequi: iuxta quem modum excusatur à pe-

à peccato graui, non tamen à magna imperfectio-
ne, & vix ab aliqua culpa, quia finis ille imperfectif-
simus est, & per se spectatus voluptuosus potius,
quàm honestus. Idem ferè dicendum est de quæstu
honoris, quantum enim humano modo fieri po-
test, per institutum Societatis præclusa est via ob-
tinendi honores, vel dignitates per literarum ex-
cellentiam, nam ob hanc causam part. 10. §. 6. pro-
fessi vouent non ambituros dignitatem, vel præla-
turam, & ideo etiam locorum ordo inter nostros
non habetur, etiam in scholis part. 4. cap. 6. §. 17. &
cap. 15. §. 4.

X.
Infantia
diluitur.

Dices, eisdem locis permittitur gradus literarios
accipere, quibus notæ, & signa honoris coniuncta
sunt. Respondetur hos gradus tantum admitti,
quatenus propter alios necessarij sunt ad maiorem
Dei gloriam, & fructum animarum, est enim circa
hanc partem, & circa dicta in num. 7. de primo sine
prauo, aduertendum, testimonium scientiæ apud
alios, & honorem, qui ex illo sequitur, interdum
esse necessarium, vt scientia ipsa alijs utilis esse pos-
sit, quia, vt dicitur Ecclesiast. 20. & 41. Sapientia ab-
scondita & thesaurus inuisus (id est, occultus) quæ utilitas
in vtrisque. Et ideo licet quispiam non debeat
discere, vt sapiens habeatur, nihilominus per se
non est malum comparatam doctrinam alijs ma-
nifestare, & bonam apud illos opinionem de do-
ctrina habere velle, non in fama, vel honore sisten-
do, hoc enim vanum esset, sed vt alijs utilis esse
possit. Quomodo dixit Rabanus circa parabolam
de talentis Matth. 21. reprehensione dignos esse,
qui ex quadam immoderata humilitate doctri-
nam abscondunt, neque illam in utilitatem proxi-
morum vtuntur. In hunc ergo finem perfectionem
doctrinæ publicis actionibus ostendere, & eius in-
signia vel honores admittere, malum non est, nec
prædicto ordini seu intentioni contrarium. Vnde
D. Thom. 2. 2. q. 132. art. 1. ad 1. ait, laudabiliter pos-
se hominem, ad aliorum utilitatem gloriam suam
appetere, iuxta illud Matth. 5. Sic luceat lux vestra cor-
am hominibus vt videant opera vestra bona. Et dict. o-
pusc. 19. cap. 3. ex professo probat religiosos licite
admittere hos gradus: etiam in vniuersitate secu-
lari. Et in cap. 2. eiusdem opusc. explicat latè illa
verba Matth. 23. Vos autem nolite vocari Rabbi: ne huic
veritati contraria videantur, & ex professo probat
ibi non dari à Christo præceptum vel consilium nõ
exercendi munus Doctoris, vel Magistri, cum hoc
repugnet officio, quod Christus ipse & Apostoli
exercuerunt, cumque huic officio specialis corona
in celo promittatur, & ideo Christus D. dixerit;
Qui fecerit, & docuerit, magnus vocabitur in regno celo-
rum. Deinde probat ibi non vetari nomen, aut a-
lia insignia Magistri, vel Doctoris, quia si officium
malum non est, nec nomen erit malum, neque ea
insignia, quæ non ad elationem, sed ad autorita-
tem officij ordinantur. Vnde Paulus 1. ad Timoth.
2. & 2. ad Timoth. 1. se & Doctorem, & magistrum
appellat; concludit ergo ibi prohiberi à Christo
ambitionem, & elationem, quæ est in desiderio
huius gradus, vel nominis, solum propter pro-
prium honorem, & æstimationem. Quem sensum
præcedentia Christi verba satis indicant, Amant
primos recubitus in canis, & primas cathedras in synagogis,
& salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Vbi
Gloss. interlinealis, Magistri (inquit) primos sedere
non verat; sed eos arguit, qui hac habita, vel non habi-
ta indebitè appetunt, quæ verba ferè ha-
bentur in homil. 43. im-
perfecti.

Quibus medijs rem literariam Societas in suis scho-
lasticis promoneat.

Vltimò non erit ex his difficile ostendere me-
dia etiam proficiendi in doctrina aptè & conue-
nienter esse in Societate instituta. Varia enim me-
dia ad hunc finem essequeendum necessaria sunt;
quædam corporalia, alia spiritalia, & inter hæc
quædam pertinentia ad voluntatem, alia ad intel-
lectum, quædam diuina, alia humana; quædam
denique positiua, quædam verò priuatiua, remo-
uentia scilicet ea, quæ huiusmodi profectum impe-
dire possunt. De his ergo omnibus ita prouisum est
scholaribus Societatis, vt nihil amplius desiderari
posse videatur. Inter corporalia enim media, illa
dici possunt esse positiua, quæ ad scholarium su-
stentationem necessaria sunt, & ideo in iure Cano-
nico, qui student vt Ecclesiæ inferuiant, multis
gaudent priuilegijs, vt constat ex cap. super specula,
de Magistris, & cap. relatum, de Clerico non resid.
& cap. 2. de priuileg. in 6. & ex Concilio Trid. sess.
5. cap. 1. de Reformatione, & alijs, de quibus vide-
ri potest Panormitanus super dicta iura, & Rebus-
fus tract. de Priuilegijs scholasticorum priuileg.
29. & sequentibus. Ob hanc ergo causam pro-
uisum est in Societate, vt scholares in suis Collegijs
habeant vnde conuenienter sustentari possint, cum
quo ad victum & vestitum, tum etiam quoad ip-
sum studium necessaria, ita vt omni harum rerum
cura, & sollicitudine liberi sint, religiosa modera-
tione contenti. De quo breuiter statuitur 4. p. Con-
stitutionum cap. 4. in principio; latius part. 3. cap. 2.
vbi lit. C. specialiter aduertitur in his, quæ ad ve-
stitum attinent maiorem quandam rationem ha-
bendam esse cum scholasticis exterioris decentiæ,
& commoditatis propter studiorum laborem. Et
quoad instrumenta pro studiis necessaria statuitur
in 4. p. cap. 6. §. 7. vt in Collegijs sit bibliotheca
communis. & præterea vt quique libros, qui ne-
cessarij fuerint, habeat. De alijs verò rebus minu-
tioribus, cuiusmodi sunt menfa, lucerna, papyrus
atramentum, calami, & similia, res erat per se cla-
ra, de qua non oportuit aliquid specialiter statui,
quia sub generali regula paupertatis, & communis
vsum rerum necessariarum continetur 3. p. c. 1. §. 7.
& 8. & 6. p. c. 2. §. 11. In hoc autem eodem genere
media priuatiua dici possunt, quæ corporalia im-
pedimenta studiorum auferunt, seu præueniunt.
Huiusmodi est illud quod habetur 4. part. constit.
c. 4. §. 1. Peculiari cura animaduertendum erit: vt tempori-
bus valetudini corporis incommodis scholastici non studeant,
vt somno quantum temporis satis sit tribuant, & in labori-
bus mentis modum seruent: sic enim fiet, vt diutius in illis
perseuerare, tam in literis addiscendis, quàm in eisdem exer-
cendis ad Dei gloriam possint. Huc etiam spectat quod
in c. 3. eiusdem partis §. 3. prouidetur, vt scholasti-
cis tollantur impedimenta exteriorum occupatio-
num, & laborum, tam in domesticis officiis, quàm
in alijs ministerijs, vt diuturnius studiis vacare li-
ceat. Et ad hunc finem constituuntur in Collegijs
coadiutores temporales, vt scholastici ab his mu-
neribus subleuentur, vt ibidem in declaratione di-
citur lit. B. & C.

XI.
Variam
dia proficiendi
di in doctrina
na indicamur.

De medijs
corporalibus
positiuis.

De priuati-
uis.

Inter media spiritalia alia præcipua, & magis
diuina sunt; quæ animi puritatem, & pacem con-
seruant, & auxilium ac lumen à Deo impetrant: nã
scientia, quæ per hæc studia præcipue intenditur,
supernaturalis est, & ex diuina gratia maxime pen-
det. Ob hanc ergo causam hæc media sæpe in nostris
constitutionibus proponuntur. Nam cap. 6. 4. par-
tis sic dicitur, vt scholastici plurimum in his facultatibus
proficiant in primis animæ puritatem custodire, ac rectam stu-
diorum

XII.
De medijs
spiritalibus
generalibus.

diorum intentionem habere conentur, nihil aliud in literis, quā diuinam gloriam & animarum fructum querentes, & in suis orationibus gratiam, vt in doctrina proficiant, ad hunc finem crebro perant. Sic Athanasius lib. de Incarnatione verbi, circa finem. Ad scripturarum (inquit) indaginem, verumque intellectum opus est vita proba, animo puro, & virtute, quæ secundum Christum est, vt mens per eius tramitem decurrens ea, quæ expedit, adipisci possit, quatenus fas est humanam naturam diuina intelligere. Nam sine pura mente, & sanctorum imitatione nemo comprehenderit sanctorum verba. Et D. Aug. li. 22. contra Faustum c. 53. In his (inquit) qui flagrant ingenti amore perspicua veritatis, non est improbandum studium, sed ad ordinem reuocandum; vt a fide incipiat, & bonis moribus nitatur peruenire quo tendit. Affert illud Eccles. 1. Fili concupiscens sapientiam, conserua institutam, & Deus præbebit illam tibi. Et hoc significatum esse ait in Iacob. cui prius data est Lia, quā Rachel. Nam prior (inquit) est in recta hominis eruditione labor operandi, quæ iusta sunt, quā voluptas intelligendi quæ vera sunt. De eadem re videri potest idem Augustinus lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 41. & lib. de Spiritu & litera cap. 12. & lib. de Agone Christiano cap. 13. Fides (inquit) est quæ subingat primum animam Deo, deinde præcepta viuendi, quibus custoditis spes nostra firmatur, & nutritur charitas, & lucere incipit, quod antea tantummodo credebat, errat autem quisquis putat veritatem se posse cognoscere, cum adhuc nequiter viuat. Et Bernardus sermon. 1. in Cantica; Ante carnem discipline studium edomitam, emancipatam spiritui, ante spiritum, & obiectam secuti pompam & sarcinam, indigne ab impuris lectio sancta presumitur. & similia multa passim in Sanctis Patribus inueniuntur. Quia verò in hoc etiam pietatis exercitio potest aliquando esse excessus, qui profectum literarum impediat, ideo etiam, quoad hanc partem, B. N. Ignatius sufficientia remedia prouidit, tum singulis moderationem debitam consulendo, tum etiam superioribus magnam circa hoc curam & vigilantiam iniungendo. Atque ita in cap. 4. sepe citato §. 2. Cum studium (inquit) vacat, vt est cauendum, ne feruore studiorum inopescat solidarum virtutum ac religioso vite amor: ita mortificationibus, orationibus, ac meditationibus prolixis eo tempore non adeo multum loci tribuetur. Quod statim in declaratione A. discretionis Rectoris committitur, & cap. 6. §. 3. Impedimur enim (inquit) studiis remoucantur, quæ a studiis animam auocant, tam deuotionum, ac mortificationum, quæ vel nimie, vel sine debito ordine suscipiuntur, quā curarum, &c. Vbi statim eadem declaratio adhibetur.

XIII.
De mediis
propriis seu
literariis.

Ex parte
discipulorum.

Ex parte
docentium.

Iam verò his suppositis mediis, quæ licet altiora, tamen remotiora sunt, ipsa propria, & literaria media (vt sic dicam) copiose, & valde ordinatè traduntur in eadem 4. p. constit. toto cap. 6. vbi præcipue ea docentur, quæ ex parte ipsorum studentium adhibenda sunt. Quale est illud in §. 2. Serio, & constanter animum studium applicare debent, & illud §. 8. scholastici in audiendis lectionibus sint assidui, &c. & quod de continuis disputationibus statuitur §. 10. & sequentibus; & de priuato studio §. 14. & de repetitione, seu lectione auctorum post absoluta studia §. 16. Adduntur verò alia, quæ ex parte præceptorum necessaria sunt, nimirum vt sint idonei, & eruditi, & in eo numero, qui doctrinæ tradendæ, & auditoribus accommodatæ, & sufficiens sit, quique diligenter munus suum exequantur, & scholasticorum profectum speciatim procurent, vt in eadem 4. p. constit. cap. 12. & 13. vsque ad 15. vbi etiam de ordine & modo seruando in doctrina tradenda, & de auctoribus in qualibet facultate perlegendis, & de tempore in vnaquaque consumendo, omnia, quæ necessaria sunt satis accuratè traduntur. Ac denique superioribus, & Rectoribus præcipue committitur, & commendatur delectus personarum, qui ad doctrinas addiscendas maxi-

mè necessarius est, vt vnusquisque ad illam applicetur, qui naturam, & ingenium ad illam satis accommodatum habere prudenter existimet, vt videre est in eadem 4. p. cap. 5. §. 2. & cap. 13. §. 4. cum declarat. lit. E. & quia interdum aliquibus durum, & difficile videri posset ad hanc vel illam scientiam contra propriam fortasse inclinationem, aut voluntatem accommodare, ideo, qui in Societate scholares approbati futuri sunt, statim in ipso examine, quod ante ingressum fit, cap. 7. §. 3. interrogantur, an velint se finire duci circa ea, quibus studere debent, ac studiorum modum, & tempus, iuxta quod superioribus videbitur.

Denique ipsismet superioribus iniungitur sollicitudo, vigilantia, ac cura, vt tam præceptores, quæ scholastici omni diligentia, sua munera exequantur, nihilque eis delit, quod ad hunc finem necessarium sit. Quamobrem sperari non immerito potest scholares Societatis euasuros in literis conspicuos, si eis medijs vtantur, quæ ratione sui instituti eis licent, ac Deo sine dubio gratissima sunt, propter quod etiam addo, non parue obligatione teneri eos ad strenuè laborandum in huiusmodi studiis, tum quia eam ob causam de Ecclesiasticis bonis aluntur: tum etiam, quia pro eo tempore illud est speciale munus, & proprium obsequium diuinum, ad quod ab ipso Deo, per suos pastores deputati sunt. Tum denique quia sicut Aristoteles dixit l. 1. de celo cap. 5. Paruus error in principio, maximus est in fine: & ita qui in studiis negligens est, postea inutile instrumentum erit circa conuersionem, vel curationem animarum: & quod grauius est, periculo sepius fortasse errandi se exponit. Propter quod merito in 4. part. constit. c. 6. §. 15. prius Rector Collegij animaduertitur vt moneat, incitet, & animet ad studia eos, quibus id necessarium fuerit. Deinde verò additur. Quod si animaduertet aliquem in studiis tempus inutiliter terere, quod nolit, aut certe non possit progressum in literis facere, expedit illum ab eis remouere, vt alius loco illius substituat.

CAPVT IV.

Verum conueniens fuerit religiosos Societatis publicastudia, & vniuersitates habere, & in eis docere.

Postquam dictum est de proprio munere, ad quod proximè ordinantur scholares Societatis, consequens est, vt dicamus de ministerio docendi. Quamuis enim munus docendi profectus etiam commune esse possit, tamen quia cum literarum studiis coniunctum est, (disciplina enim, & doctrina quodammodo correlatiua sunt) Et quia munus hoc maiori ex parte in scholis, præsertim inferioribus, per scholares approbatos exercetur: ideo eius consideratio in hunc locum optimè cadit. Circa quam in præfati capituli rationem reddemus cur Societas hanc curam assumpserit. Deinde quo consilio, modo, & ratione illam administret, declarabimus in duobus sequentibus.

Igitur publica studia vocamus ea, quæ non solum sunt ad proprios religiosos instruendos, sed pro publicis omnibus, siue laicis & secularibus, siue religiosis, cuiusque ordinis exponuntur, quæ tunc vniuersitates appellantur, quando priuilegiis Pontificiis, ac regis muniuntur, vt in eis vsque ad literarum gradus professus fieri possint. Possimus autem per hoc loco contra illos hæreticos disputare, qui hæc non habent studia, & vniuersitates improbare aut sunt, quæ

tum princeps referri potest Licinius Imperator, qui adeo literis infestus fuit, vt virus, ac pestem publicam eas nominaret, vt in eius vita scribit Ioannes Baptista Ignatius, refertque etiam Prætorius lib. 10. hæref. 3. & melius ex Victore in vita Constantini Baronius tom. 3. ann. 316. Christi Domini. §. Porro animo. Postea verò Iulian. Apostata Christianis specialiter prohibuit literarum studia, quamquam ille non in eo errauit, quod sentiret literarum studia mala esse, aut inutilia ad fidei defensionem, & propagationem, sed potius, quia eorum utilitatem, & efficaciam agnoscebat, vt Christianam religionem, à qua turpiter ad paganisimum defecerat, & cuius erat acerrimus hostis, funditus euertere, illa diabolica malitia vsus est: & ideo sancti Patres acerbissime censent fuisse illam Iulianam persecutionem, quam Tyrannorum, qui per vim, & tormenta, ad negandam fidem cogeant, vt constat ex Augustino lib. 18. de ciuitate cap. 32. & Nazianzeno, oratione prima contra Iulianum, Theodoro cap. 7. vbi sunt illa verba notanda, pro his, quæ in cap. 1. huius lib. initio diximus, reuertitur ne Galles (sic enim fidei Seruatoris nostri consecratos vocabat) Poeticam, Rhetoricam, aut Philosophiam discerent: nam nostris ipsorum (inquit) pennis, (vt est in proëbio) percellimur, siquidem nostrorum scriptorum subsidio muniti, contra nos bellum suscipiunt. Similem persecutionem de Habbalo Mahometano, & Syriæ Tyranno refert Paulus Diaconus lib. 22. nam etiam ille literarum studium prohibuit omnibus Christianis, sub potestate sua degentibus. Et ad hos videtur alluisse Glossa ordinaria ex Rabano 1. Reg. 13. ad hoc propositum accommodans verba illa, Faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel; cauerant enim Philistinim ne forte Hebrei facerent gladium, aut lanceam: Diabolus (inquit) per Paganos, per hereticos, & per falsos Christianos studet prohibere, ne sint doctores in Ecclesia, qui spiritualia arma faciant, & nobis ad pugnandum tribuant. Hoc igitur eodem spiritu motus VVicleph, dixit, vniuersitates, studia, Collegia, graduationes, & Magisteria à Papa, & Episcopis esse vanā gentilitate introducta, & non plus Ecclesiæ prodesse, quam diabolum, vt refertur in Concilio Constantien. sess. 8. & 29. Quem errorem Lutherus postea sequutus est, adeo impudenter, vt dixerit (referente Adriano Papa in Bulla contra ipsum circa medium, quæ habetur in tom. 5. Conciliorum) scholas Christianas esse Sodomas, & Gomorrhæas, & malorum omnium sentinas. Quod refert etiam Clithouæus l. 2. de Missæ sacrificio cap. 29.

II. Veruntamen hic error non solum est contra fidem, & vniuersalem consensum, & traditionem Ecclesiæ, vt latè ostendit VValdensis lib. 1. Doctrinalis fidei cap. 68. & 69. verum etiam est contra omnem rationem naturalem, & contra euidentem experientiam, ideoque in eo confutando non immeritumur; sufficere enim nobis possunt, quæ de necessitate doctrinæ, tam sacræ, quam liberalium artium, quatenus illi deseruiunt, supra cap. 1. à nobis dicta sunt: nam hic etiam de studiis sub hac potissimum ratione consideramus. Generalius autem loquendo, studia, & vniuersitates honestarum artium, non solum propter Ecclesiasticam, sed etiam propter civilem communitatem, & utilitatem, necessaria sunt, & ita in omnibus regnis, & prouinciis rectè institutis, huiusmodi generalia studia floruerunt. Vnde in lib. 11. Codicis extat titulus De studiis liberalibus vrbis Romæ, quos tempore Agapiti Papæ cepisse, significat Casiodorus in lib. diuinarum institutionum in Prologo. Parisiis etiam Carolus Magnus celeberrimam vniuersitatem fundauit, vt Antoninus refert 2. p. historiali tit. 14. cap. 4. §. 12. & sumitur ex Concilio Parisiensi sub Ludouico I. l. 3. c. 12. cuius verba pro hac materiâ

notanda sunt: Obnixè ac suppliciter vestre celsitudinis iugerimus, vt morem paternum sequentes (fuit autem Ludouicus filius Caroli Magni) saltem in tribus congruentissimis imperij vestri locis scholæ publicæ ex vestra autoritate fiant, vt labor patris vestri, & vester per muriam (quod absit) labefactando, non deperat: quoniam ex hoc facto & magna utilitas, & honor sanctæ Dei Ecclesiæ, & vobis magnum mercedis emolumentum, & memoria sempiterna accrescet. In Angliâ Oxoniensē studium antiquissimum fuit, & celeberrimum, in Hispania Salmantinum, de quo mentionem fecit Clemens V. in Clement. 1. de Magistris: in Lusitania Conimbricensē hoc cetermaximi Ioannis III. regali planè munificentia fundatum; quauis enim tempore, superioribus recentius sit, non tamen doctrina, & vniuersalis Ecclesiæ utilitate, ac fructu, præsertim circa fidei propagationem, inferius existit. De studiorum ergo vniuersalium utilitate nulla nobis quaestio est nam etiam Aristoteles lib. 7. Politic. c. ult. vbi dicitur, illud dicit à legislatore maxime obseruandum esse, quod ad disciplinam iuuentutis pertinet: nam id (inquit) neglectum in ciuitatibus, affert Reipub. detrimentum. & infra subdit hanc disciplinam debere esse publicam, & communem, Lacedæmonios laudans; quod suam rempublicam ita instituerint: de quo plura in sequentibus afferemus.

Quod ergo in præsentem inquiri potest, solum est, an expediat religiosos viros in his publicis studiis docere, vel (quod difficilius est, & ad rem nostram propius accedit) harum vniuersitatum curam accipere. Ratio dubitandi esse potest, quia religiosi officium non est docere alios. Sic enim dixit Hieronymus ad Riparium, & habetur c. 6. q. 1. c. 4. Monachus non docentis, sed plangentis habet officium. Et in hoc nequaquam, §. præcipit. 7. q. 1. ex V. Synodo similia verba referuntur. Monachorum subiectionis habet verbum, & discipulus, non docendi, vel præfidentis, vel pascendi alios. Est ergo valde alienum à religioso instituto munus docendi extra suos saltem religiosos assumere. Vnde sicut in Concilio Nicæno statutum fuit, vt monachus nulli tribuat penitentiam nisi monachis, nec sepeliat nisi monachos, cap. 1. 16. q. 1. ita dicere possumus, religiosum non debere nisi religiosos suos docere. Et ex eodem principio, quod officium monachi non est docere, sed lugere, colligit Bernardus ser. 64. in Cantica, certum esse, quod publicè prædicare monacho non conuenit: multo ergo minus conuenit in publicis scholis docere, & adhuc minus generales vniuersitates gubernare. Ratio denique adiungi potest, quia quidquid repugnat perfectionis profectui, est etiam alienum à religioso instituto: sed hoc munus publicè legendi, præsertim externis & secularibus hominibus, necessariò impedit profectum religionis, regulariter loquendo, propter nimiam distractionem, & temporis occupationem, & occasiones contendendi, ac multum loquendi quod vix fieri sine peccato potest: ergo, &c.

Nilominus certum est totum hoc munus esse posse valde accommodatum statui religioso; & in præsentem tempore legitime, & in magnam Ecclesiæ utilitatem fuisse à Societate assumptum. Ad hoc confirmandum sufficere nobis possent, quæ circa approbationem Collegiorum, & vniuersitatum Societatis varij Pontifices tradiderunt, præsertim Paulus III. Iulius III. Pius V. & Gregorius XIII. vt autem & ecclesiastica traditione, & ratione hoc declaremus, supponamus sermonem esse de studiis illarum disciplinarum, quæ religiosos viros docere possunt, à quo numero iure communi Pontificio, tantum iuris civilis prudentia, & scientia medicinæ exclusæ sunt in cap. super specula. ne Clerici, vel monachi, quod idem statutum est in 4. p. constit. c. 12. §. 4.

XX 4 his

buliani per
fensio col
lentis studia
maior quam
tyrannorum
maiorum
Christianos.

II. Prædictum
error confu
tatur ex su
pra dictis.
Diuinus
l. 1. de Eccl.
ministeriis
c. 15.

Viri exam
pla variis.
Studia Ro
mae.
Paris.

In Angliâ.
in Lusita
nia.

Vide Cassa
nam in ca
ta glor
mud p. 10.
confid. 32.

III. Missi error
a gusur pro
parte negat
tuli ex au
thoritate.

Arguitur
etiam extra
tione.

IV. Prima asser
tio. Et qua
posse autho
ritate proba
ri.
Supposito
pro eadem
sua iudicia ex
tra ita nota
ratione.

his verbis. *Medicina & legum studium, ut à nostro instituto magis remotum in vniuersitatibus Societatis, vel non tractabitur, vel saltem ipsa Societas per se id oneri non suscipiet.* Ius autem canonicum docere, non est religiosi iure communi prohibitum, sicut neque illi studere, aut eius gradum suscipere, ut communiter tradunt Doctores in dicto cap. *super specula*, & in cap. 1. ne clerici, vel monachi, in 6. & ob hanc causam in prædicta constitutione Societatis, non ponitur cum absoluta prohibitione. In §. autem 1. eiusdem c. comprehendendi videtur sub Theologica doctrina positua, quam Societatis professores pertractare possunt, quantum ad finem præfixum salutis animarum iuuat. & ideo hæc verba ibi interponuntur, non attingendo tamen eam partem canonum, quæ foro contentioso inseruit. Quamuis enim hæc pars illius doctrinæ, aliis clericis secularibus non prohibeatur, quia reuera non est profana, sed Ecclesiastica, & ad gubernationem ecclesiasticam necessaria; nihilominus aliena est à statu religioso, qui ab omnibus forensibus causis, etiam ecclesiasticis, debet esse alienus. Ut enim in simili dixit Pelagius Papa, *Amarissimum est de isto proposito, ad illud officium homines deduci, in quo nullo modo, quæ à monachis Deo promissa sunt, valeant adimplere: omnimoda enim est illius officij & istius habitus diuersitas, illic enim quies, oratio, labor manuum: at hic causarum cognitio, conuentiones, actus, publica litigia, & quæcunque vel ecclesiastica instituta, vel supplicantiæ necessitas possit, cap. de presentium, 16. q. 1.* His ergo remotis disciplinis, cæteræ, quæ vel sacre sunt, vel ex se ita communes, ut ad sacras possint esse vtiles, & negotiis secularibus non implicentur, minimè sunt extra religiosum institutum, etiam si omnibus docenda sint. Quia verò certius hoc est de tota Theologica doctrina, quatenus & scholasticam, & posituam, & scripturæ interpretationem complectitur, ideo in hanc potissimum Societatis vniuersitates incumbunt: quia ad salutem animarum medium magis proprium est, ut in citato §. i. dicitur. Et ob eandem causam de hac potissimum conclusionem positam confirmabimus: nam de cæteris in sequentibus specialiter dicemus.

V.
Probatum in
affertur tra-
ditiōe.

Si ergo antiquos Ecclesiæ mores consulamus, inueniemus doctrinam hanc frequentius per viros religiosos publicè fuisse traditam. Refert enim Eusebius l. 5. Historiæ c. 4. & 10. & ex illo Hieronymus de scriptoribus Ecclesiæ. Pantænium, virum religiosum, publicè in Ecclesia Alexandrina sacre doctrinæ professorem fuisse. Et quamuis non asserant illum fuisse monachum, aut propriè religiosum: insinuat tamen Eusebius fuisse ex sectatoribus Apostolorum, qui eorum vitam, & officium, atque adeo statum imitari sunt: erant (inquit) ad id temporis plures verbi predicatorum qui diuino Apostolorum imitandorum studio inflammati, magna adiumenta, cum ad verbum Dei in animis hominum exadificandum, tum ad id augendum afferebant, quorum numero erat Pantænus ille, &c. De quo etiam addit (ut in hoc etiam exemplum nobis esse possit) ad Indorum vsque regiones se contulisse, ut gentibus, quæ orientem incolebant, præco esset Euangelij. Et concludit, *Iste Pantænus propter multa rectè facta, & virtutes eximias, tandem schola illi Alexandrine præfuit, quæ tum sermone coram, tum scriptis diuinorum institutorum, & religionis tanquam thesauros hominibus proposuit.* De cuius eruditione multa scriptis discipulorum eius Clemens Alexandrinus l. 1. i. tro-matum. Aduertit autem Hieronymus scholam illam Alexandrinam, à Marco Euangelista incepisse, & in ea successione continua semper Ecclesiasticos fuisse Doctores, qui illi præfuerunt, quos verisimile est fuisse semper viros Apostolicos & religiosos, quales in Alexandria sub Marco præcipuè fuisse in tomo superiori ostensum est, quanquam eos, qui scholam illam regebant, ex clericis, ac presbyteris

fuisse certum sit: nam de Pantæno ibidem dicitur fuisse ordinatum, & ei successit Clemens presbyter Alexandrinus, & huic Origenes, &c. Iam verò in eodem tomo ostendimus clericos eo tempore fuisse religiosos à monachis distinctos: nam monachi tunc nondum doctrinæ, aut Ecclesiæ ministerium vacabant.

Præterea eadem ratio est de doctrina, vel scriptis vel voce tradenda: constat autem præcipua Theologorum scripta, tam à sanctis Patribus, quam ab illis scholasticis doctoribus edita status religioni fructus, & labores extitisse. Nam Athanasius, Nazianzenus, Basilus & multi alij Græci, religiosi, & monachi fuerunt: & ex Latinis Augustinus Hieronymus, & alij: ex scholasticis vero Thomas, Bonaventura, & cæteri fere omnes, quos etiam constat publicos professores fuisse, & Hieronymus epist. 4. ad Rust. & 16. q. 1. agnoscit Nazianzenum præceptorem suum, similem inductionem fecit D. Thomas dict. opusc. 19. c. 2. ubi adducit etiam Damascenum, Chrysostomum, cum aliis quos dicit fuisse religiosos & præceptos Ecclesiæ Doctores. Affert etiam verba illa, quæ l. 1. c. 5. n. 8. ex Hieronymo adduximus: *Sic viue in monasterio, ut clericus esse merearis.* Et infra, *multo tempore discere, quod doceas.* Plures etiam vniuersitates studio, & eruditione virorum religiosorum fundatæ sunt, sufficereque nobis exemplum Parisiensis Academiae, quæ per monachos fundata est. Sic enim ait Anton. 2. p. historiali tit. 14. cap. 4. §. 12. *Fuerunt Parisi fundatores huius studij, quatuor monachi Bedæ discipuli, scilicet Rabanus, & Alcuinus, Claudius, & Ioannes Scotus (Benedictinus scilicet, non Minorita, ut Genebrardus in sua Chronologia l. 3. paulo ante finem notauit, & erat per se notissimum.)* Refert præterea ibidem Antoninus ex Chronicis metropolitani Arelatensis, historiam nostro instituto valde accommodatam, quam ideo breuiter perstringendam duxi. *Cum in occidentis (inquit) partibus solus (scilicet Carolus Magnus) regnare capisset, & studia literarum tam essent ubique in obliuione, ideoque (causalem nota) vere diuinitatis cultura repperit, contigit duos sanctos monachos de Hibernia, cum mercatoribus Britannicæ applicare viros, & in secularibus literis, & in sacris Scripturis incomparabiliter eruditos, qui ad conuenientes turbas clamabant: Si quis sapientie cupidus est, veniat ad nos, & accipet eam, nam apud nos venalis est, quod cum ad aures Caroli peruenisset, eos vocatos interrogat si veram sapientiam vendiderint haberent. Cui illi sapientiam inquit, & habemus, & in nomine Domini eam querentibus dare parati sumus. Querenti autem Regi, quid pro ea peterent: responderunt loca tantum opportuna, & animas ingeniosas, & sine quibus peregrinatio ista transiri non potest, alimenta. Quibus auditis, ingens gaudio repletus Carolus, alterum in Gallia Parisi regulare fecit, & pueros nobilissimos ei commendauit: & vniuersaria dari præcepit: alterum verò in Italiam direxit, cui monasterium S. Augustini iuxta Ticinensem urbem (vulgo Pavia) delegauit, ut illic qui voluissent, ad discendum congregari possent. Postea verò (ut ibidem refertur) adueniens Alcuinus, & Imperatorem ipsum, & totam Galliam doctrina illustrauit: Fuit ergo semper ministerium hoc religiosorum virorum valde proprium, eorumque statui maximè accommodatum.*

Ex quo vltius rectè concludimus, posse optimè institui religionem, quæ ad hunc finem docendi publicè in Ecclesia quascunque doctrinas religiosæ statui accommodatas, inter alias actiones suas, ordinetur. Hoc intendit D. Thomas 2. 2. quest. 188. art. 4. & 5. nam licet in priori solam agat de ministerio predicandi, & audiendi confessiones, & ministerio studentium, & in posteriori generatim de ministerio studentium, tamen ex discursu vtriusque, simul euidenter concluditur idem esse de ministerio docendi, ut constat etiam ex eodem opusculo 19. cap. 23. & 4. & 12.

& 12. Quidquid enim in hoc ministerio inuenitur, per se loquendo sanctum est, & aptum ad propriam, & proximorum charitatem nutriendam. Nam in primis ante actum docendi requiritur ex parte ipsius Doctoris sacram lectionem, & assiduum meditationem rerum diuinarum, vel aliarum rerum, quæ ad diuinarum intelligentiam conducant: qui actus non solum honesti sunt, sed etiam ad vitam contemplatiuam per se spectant, ut in superioribus, lib. 1. cap. 6. probatum est. & ideo maxime sunt proportionati statui religioso, ad quem illud vitæ genus principaliter pertinet. Deinde, actus ipse docendi, præcipue religiosa intentione factus, plures habet honestates, & utilitates: est enim in primis utilis proximo, qui docetur, & illuminatur, principaliter quidem in ordine ad bonos mores, & vitam æternam, consequenter verò in ordine ad omnia alia commoda, quæ ex eruditione promouuntur: est ergo ex suo genere actus misericordiæ spiritualis, & consequenter etiam charitatis proximi cui beneficium fit: & Dei, propter quem fieri debet, erit etiam actus religionis saltem imperatus, quia propter Dei obsequium, & propter zelum animarum fieri debet, quo sacrificio nullum est Deo gratius, ut ex Gregorio hom. 12. in Ezechielem asserit D. Thom. dict. quæst. 188. art. 4. ergo hoc etiam genus actionis de se maxime consentaneum est statui religioso: præsertim quia ipsemet actus docendi, quantum ad actiuam vitam pertinere videatur, intrinsece includit contemplationem, non solum quia illam supponit, ut diximus: sed etiam quia magnam requirit internam considerationem, & facile potest in Deum referri, & ut sic ad illam vitam pertinet, iuxta doctrinam Diui Thomæ 2.2. quæst. 179. art. 2. ad 3. & quæst. 180. art. 4. Accedit præterea, quod status religiosus aptissimus est ad illud munus, ut D. Thomas latè in dict. opusculo declarat, tum quia religiosi sunt vacui curis, & sollicitudinibus secularibus, & ideo sunt melius dispositi ad lectionem, & studium, & consequenter ad doctrinam: tum etiam, quia tunc doctrina est fructuosior discipulis, quando bonis moribus coniuncta est: religiosus autem, ex vi sui status, proficitur non tantum bonos, sed etiam perfectos mores, obseruando non tantum præcepta, sed etiam consilia. Et plures alias rationes ibi accumulatas, quæ legi possunt, est enim res per se satis clara.

Consistit.

VIII.

Tertia assertio.

Probatur primo.

Solum superest, ut addamus etiam posse conuenienter institui in religione aliqua, v.g. in Societate, ut habeat proprias vniuersitates sub sua propria cura, & regimine, ac doctrina, quando ex eisdem principiis facile ostenditur, supponendo hoc debere fieri debito ordine ac modo, & non propria auctoritate, sed Pontificia. Siquidem totum illud officium est pietatis, & beneficentiæ publicæ, & nihil habet in se indecens aut alienum à statu religioso: nam incommoda, quæ obici possunt, sunt accidentaria, & ad hoc maxime inferunt religiosus status, ut vitentur, quod si aliquid per fragilitatem humanam irrepperit, abundantia fructus compensatur, & ideo Ecclesiastici 24. dicitur, qui eluciant me (id est, veram sapientiam) vitam æternam habebunt. & Daniel. 12. absolute promittitur, qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos fulgebunt quasi stelle in perpetuas æternitates. Quibus verbis quanti sit meriti, & æstimationis apud Deum, docere alios in ordine ad salutem, declaratur, ut ibidem explicat Hieronymus, & in epistol. 103. ad Paulinum. Possumus autem specialiter applicare illa verba ad fructum harum vniuersitatum: nam in illis propriè erudiuntur multi, vel potius omnes quantum est ex institutione earum. Ac deinde quo magis fuerint coniunctæ religioni bene institutæ, eo illarum eru-

ditio magis erit ad salutem. Est ergo institutio illa Deo gratissima, & magnam habens remunerationem, si rectè fiat. Deinde utro argumento, quo D. Thomas. Ad defendendam Ecclesiam per corporalem militiam institui potest religio: ergo multo magis ad defendendam illam per propria arma eius, quæ magis spiritualia sunt, quam corporalia, 2. Corinth. 10. & magna ex parte in doctrina consistit. Cui argumento nos addimus ad religionem militarem non tantum pertinere, quod sui religiosi priuatim militent, sed etiam quod exercitum ducant, congregent, ac dirigant in eo genere militiæ. Sic ergo cum proportionem hoc spectat ad religionem spiritualiter militarem (ut sic dicam;) ad hunc autem finem instituuntur huiusmodi vniuersitates, in quibus, & per ipsam generalem doctrinam publicum fit bellum contra demonem, & plures etiam instituuntur milites, & duces, qui aliis locis, & variis modis contra ipsum militare possint. Simile argumentum est, quod religio institui potest ad curandos infirmos, non tantum per priuatam actionem singulorum, ut sic dicam, sed erigendo etiam publicum Xenodochium, & totam curam, ac sollicitudinem illius assumendo. Idemque cum proportionem dici potest de aliis operibus misericordiæ: cur ergo non multo magis hoc idem dicendum est de hoc genere misericordiæ spiritualis.

Probatur secundo à simili ex D. Thom.

Est autem hoc loco aduertendum, quantum Societas proprias possit habere vniuersitates, & Collegia, in quibus doctrinam hanc tam suos, quam externos discipulos publice doceat, non tamè prohiberi ex vi sui instituti, quo minus in generalibus vniuersitatibus idem ministerium possit admittit, si seruata paupertate, quam proficitur, & ablatiis occasionebus ambitionis, & secularis negotiationis ei offeratur. Quod his verbis declaratum est in congregatione prima generali, can. 15. Cathedralis publica in vniuersitatibus, aut alibi cum ea disceptatione suffragiorum, & oppositione, qua soler fieri, non sunt admittenda: si tamen sponte offerantur ab vniuersitatibus, aut Rectoribus earum, & gratis prælegantur, nec quisquam se opponat, cum quo sit disceptandum, admitti possent consilio generali; Et eadem ratione consentaneum est instituto Societatis, ut ad gradus Doctoratus, vel Magisterij interdum alij promoueantur: imò id expressè disponitur in 4. part. constitut. cap. 6. §. 17. seruatis tamen circumstantiis, quibus semper cauetur, ne paupertas, vel humilitas lædantur. Vna est ut nostri Doctores in sedendo non seruent certum antiquitatis ordinem, & simul omnes extra numerum se constituent, & pro ratione additur, ut ab omni ambitionis specie, atque ab aliis affectibus parum temperatis recedant, quæ conditio seruari facile potest, in propriis vniuersitatibus ipsius Societatis, in quibus sunt alij Doctores externi, qui iuxta suam antiquitatem vel prærogatiuam certà loca accipiunt.

IX. Societas etiam in alienis vniuersitatibus docere potest sine oppositione, præcedentia, in sedendo.

Possunt tamen interdum in aliis vniuersitatibus nostri professores gradum accipere: quia neque hoc est alienum à statu religioso, ut latè docet D. Thom. Opuscul. 19. contra impugnantes religionem capit. 2. & 3. quem imitatur D. Antonin. 3. part. tit. 5. capit. 2. §. 8. & Aluarus Pelagian. libro secundo de Planctu Ecclesiæ capit. 24. circa finem, neque etiam est alienum à Societate, cum interdum ad ministerium suum cum utilitate exercendum necessarium sit. In illis ergo vniuersitatibus, necessarium est, quoad hanc locorum dispositionem, earum ordinem, & consuetudinem, vel institutionem sequi, tum quia non erit in potestate nostra illum immutare, cum nostræ iurisdictioni non subiant: tum etiam, quia in re alioquin indif-

X. Limitatur proxi. mō d. 2. dum de non præcedentia in sedendo.

indifferente, & quæ sine incommodo religionis fieri potest, decet membrum consuetudini totius corporis conformari: tunc autem Doctor Societatis sit membrum talis vniuersitatis; sequatur ergo consuetudinem eius seruata sui instituti humilitate, vt nullius loci dignitate ambiat, sed aliis facile cedat, & illo contentus sit, qui ibi fuerit designatus.

XI. Altera conditio est, ne sumptus, qui pauperes non deceant, in gradibus huiusmodi faciant, ad quos (dicitur citato loco) sine humilitatis detrimento non ob aliud, quam, vt possint proximis ad Dei gloriam esse vtiliores, promoueri debent. Et in hac conditione includitur, vel certe ex proprio modo nostræ paupertatis supponitur, non debere Doctorem Societatis ex suo gradu temporale emolumentum, aut stipendium, quod ex aliorum actibus, aut gradibus aliis prouenire solet, sperare, aut accipere. Supponitur etiam in vltimis verbis, non posse religiosum Societatis huiusmodi gradum procurare, aut ambire, id enim sine magno detrimento humilitatis non permitteretur. Addo etiam meritò in Societate obseruari propter eandem humilitatem conseruandam, vt hi gradus nō conferantur propter honorem, seu quasi in præmium personarum, sed tantum pro ministeriorum necessitate, neque amplius multiplicentur, quam ad munera, seu onera Societatis sustinenda necessarium sit. Quamuis enim Caiet. secunda secundæ quæstione 186. articulo septimo reprehendat Prælatos religionis instituta ad prædicandum, qui subditos prohibent ab huiusmodi gradibus remuneratoriis, quando alias personæ dignæ sunt: nihilominus si hac intentione fiat, vt ambitioni locus non detur, dummodo religioni sufficienter prouideatur, & inferuiatur, laudabile & optimum consilium est.

Ad verba ergo Hieronymi respondet D. Thomas suprà, Hieronymum ibi explicasse id, quod per se, & quasi ex officio, & statu conuenit monacho, vt monachus est; nam eius non est perficere, sed perfici, nec docere, sed penitentiam agere; non tamen negat Hieronymus, quin persona monachi, si alioqui habeat necessaria ad docendum, possit munus illud suscipere, si ab eo qui potestatem habeat, imponatur. & eundem sensum habent verba V. Synodi superius citata. Est autem aduertendum nomen, *monachi*, propriè sumptum significare eum, qui vitam solitariam, vel purè contemplatiuam proficitur, vt aperte explicat Dionysius cap. 6. de Eccles. Hierarch. & Piamont. Abbas apud Cassianum Collat. 18. capit. 5. & propterea iuxta antiquum morem Ecclesiæ, ad monachos ordinariè, & ex vi sui instituti non pertinebant ministeria Ecclesiastica ad doctrinam, vel sacramenta pertinentia; & ideo grauiter reprehenditur, quando præsumentes de proprio statu, propria auctoritate illa usurpabant: & ita intelliguntur multa decreta 16. quæstione 1. per viginti priora capita: in multis autem eorum expresse declaratur, etiam eo tempore non fuisse prohibitum monachis, auctoritate Episcoporum, & Ecclesiastico ordine seruato, talia munera exercere: Et hac ratione intelligitur optimè, quod ex Concilio Nicæno obijciebatur: nam monachi, etiam secundum suam primam institutionem, poterant hæc officia inter se exercere ex vi suæ institutionis, & quasi intrinsecæ potestatis, quia hoc ad conseruationem, & perfectionem sui status per se erat necessarium: at verò circa fidelem populum, nihil poterant nisi extrinsecus ab Episcopis vocati; & eodem modo loquitur Bernardus de monacho quatenus monachus est.

XIII. At verò post illa tempora, præsertim à temporibus Dominici, & Francisci, instituta sunt religio-

nes, quæ cum vita contemplatiua actiuam circa proximos coniungunt sub habitu etiam monachali: quæ quo monachorum nomen participant? quamuis secundum etymologiam vocis, & primæ institutionem monachi non sint. Sic enim etiam nunc monachales ordines à mendicantibus distinguimus. His ergo monachis, ex vi suæ institutionis, & status sic approbati per sedem Apostolicam, non tantum lugendi, sed etiam legendi, seu docendi officium competit; non quidem potestate ordinaria, sed delegata. Quia verò hæc delegatio non est personalis, vt sic dicam, sed totius religionis, nec est tantum à priuato Episcopo, sed ab vniuersali Pontifice, & est quasi à iure per approbationem, & priuilegia talium religionum; ideo dicimus iam illis conuenire ex vi talis status, & instituti. Antea dum enim aliquæ concessiones similes factæ fuerunt sacris monachis per Innocentium, Gregorium, Bonificium, & alios Pontifices, vt patet ex cap. si monachus, cap. moderamine, cap. sunt nonnulli, & c. si quis, & c. quæstione 1. illæ verò semper magis respiciebant clericatum, quam monachatum, & particularem personam, quam religionem. Iam verò nunc post instituta mendicantium plures etiam monachales religiones hanc potestatem, seu delegationem participant.

Addendum etiam est, quod & D. Thom. citato loco adnotauit, hæc, quæ de monachis olim dicebantur, non habuisse locum in religionis clericis, qui semper in Ecclesia fuerunt, nec de illis intelligi debere: quia nec monachi erant, nec ita nominabantur, neque in omnibus cum illis æquiparandi sunt, sed in his tantum, quæ ad statum religiosum, vt sic, pertinent, iuxta capit. quod Dei timor, de statu monachorum, & cap. ex parte, de postulando. Vnde concludit D. Thom. quod sicut clerici regulares non tenentur abstinere à lineis indumentis, quamuis monachi teneantur: ita multo fortius licet illis religiosi docere, quorum religio est ad hoc statuta, etiam si monachi non liceret. Constat autem ex superius dictis in l. 1. cap. 5. Societatem pertinere ad hunc ordinem religiosorum clericorum, & ex propria institutione esse ordinatam ad iuuandos proximos, præsertim in doctrina & moribus, & ad hunc finem esse ab Ecclesia approbatam & à Sede Apostolica acceptisse omnem potestatem ad hoc munus necessariam: ergo omnibus tali religioni. Neque est verum, ministeriū hoc per se impedire perfectionis profectum, vt ex dictis de illius honestate constare potest, & à fortiori patebit ex sequenti capite.

CAPVT V.

Utrum Societas conuenienter susceperit puerorum institutionem.

Non agimus de eruditione puerorum, quæ solum pertinet ad eorum instructionem in bonis moribus, vel rudimentis in doctrina Christiana: nam hoc ministerium non est proprium collegiorum, aut vniuersitatum, sed toti vniuersitati commune est (imò professorum est magis proprium, vt infra libro 6. capit. 3. videbimus) quia non ad scientiam, de qua nunc agimus, sed ad iustitiam, & salutem ordinatur: agimus ergo de tota eruditione puerorum, quæ ad intellectum illustrandum pertinet. In tres autem ordines possumus distinguere totam doctrinam harum vniuersitatum, minimum, medium, & supremum. In hoc vltimo ponimus sacram doctrinam, & quæ ad illam intrinsecè pertinent, vt sunt casus conscientiæ, de quo maxime procedunt dicta in cap. præcedenti, neque in præfenti titulo comprehenditur, quia hæc doctrina puerorum

puerorum non eſt, ſed viros iam bene adultos requirit, vt etiam Ariſtoteles lib. 1. Ethicorum cap. 3. de ciuili ſcientia ſenſit. In medio ordine ponimus Artium curriculum, quod & Mathematicas, & aliqua ex parte ethicam doctrinam complectitur: licet verò in minori ætate addiſci poſſit, non tamen eſt propriè puerorum eruditio: nam reuera poſtulat facultatem ingenij ſatis expeditam, atque adeò rationis vſum omni ex parte perfectum. Habet etiam hæc doctrina magnam aſſinitatem cum Theologia, & ideo propter illam non oportet peculiarem mouere quaſtionem: nam quæ diximus capite ſuperiori, magna ex parte poſſunt ad illam applicari, cum oſtendimus ibi in numero ſeptimo cõſiderationem veritatis philoſophiæ in Deum relata, quandam eſſe religioſam contemplationem. Accedit, quòd ea, quæ de infimo ordine dicenda ſunt, aſſortiori de his medijs facultatibus procedet. Igitur puerorum eruditio comprehendit totam linguarum peritiã incipiendo à primis Grammaticæ fundamentis vſque ad perfectam eloquentiã cum aliarum linguarum, præſertim Græcæ præſidijs, & ornamentis, vna excepta Hebræa, quæ magis adultos decet.

Deinde notandum eſt, miniſterium hoc conſiderari poſſe, vel, abſolute, & ſecundum ſe, vel comparatione facta ad religioſos, à quibus vſurpatur: nam de illo ſecundum ſe nemo, niſi fit infans, dubitare poteſt, quin fit optimũ, & ipſi iuuentuti vtiliſſimum, imò & Reipublicæ maximè neceſſarium. Quod non ſolum in Eccleſia verum eſt, vt ſtatim oſtendemus, ſed idem etiam agnouerunt Philoſophi, & legum latores, pro externa politica, ſeu ciuili Republica, vt videre licet apud Ariſtotelem ſeptimo Politicorum capite vltimo; & libro octauo cap. primo. Quanuis enim in generali loquatur de inſtitutione puerorum quoad mores, tamen ipſe maximè intelligit de his actionibus, quæ ad bonum regimen, & conſeruationem Reipublicæ neceſſariæ ſunt: inter quas conſtat meritò numerari huiusmodi eruditionem. Sic etiam dixit Cicero oratione ſecunda in Verrem, Nullum munus Reipublicæ aſſerre maius, melius, & preſidioſius quam ſi doceamus atque erudimus iuuentutem; & Diogenes Laërtius dixit, adoleſcentium educationem totius Reipublicæ eſſe fundamentum. Nihilominus tamen comparatione facta ad religioſos, dubitari poteſt: an expediat hoc munus per illos miniſtrari, & exerceri.

In quo rurfus ſubdiſtinguo illud ipſum verbum, expediat: poteſt enim inquiri, an expediat ipſis pueris, qui docendi ſunt: vel an expediat ipſis religioſis, qui docturi ſunt. Et in primo quidem ſenſu res etiam certiffima eſt: illud eſſe valde expediens ſecundum ſe, & ex ſuo genere ſpectatum. Ad quod demonſtrandum, animaduertendum eſt, duo poſſe in hac diſciplina, & puerorum educatione conſiderari: vnum eſt profeſtus in ipſa doctrina: aliud eſt vita ſeu boni mores, qui ſimul cum ipſa doctrina addiſcuntur. Et vtrumque multum pendet ex Magiſtri qualitatibus, ſeu dotibus. Sed primum magis pendet ex doctrina, & eruditione Magiſtri: ex quo capite parum refert illum eſſe religioſum, aut ſecularem, vſtum, vel iniquum: quia poteſt ſecularis, & iniquus excedere in eruditione, & doctrina, vt per ſe patet. Nihilominus tamen, quia profeſtus diſcipuli, non pender tantum ex ſcientia magiſtri ſecundum ſe, ſed vt applicata ad docendum ipſum, id eſt, ex cura & ſollicitudine integre, & perfectè implendi munus ſuum non ad quæſtum, vel oſtentionem, ſed ad vtilitatem diſcipuli: ideo ex hac parte multum refert vita, & bona conſcientia præceptoris, etiam ad profeſtum literarium diſcipuli:

ergo ob eandem cauſam, religioſus ſtatus præceptoris ex ſe, poteſt multum conferre ad meliorem inſtructionem puerorum, etiam quoad vtilitatem, & profeſtum literarum: nam ratione ſtatus diligẽtiores & fideliores eſſe debent in ſuo munere præſtando, ac etiam magis integri, & independentes, ſi ab ipſis, quos erudiunt, ſtipendium non accipiat: vnde tandem, quia ex charitate illud faciunt, & omnibus, & ſingulis, pro capto vniuſcuſque, prodeſſe curabunt. Præterquam quòd propter vitam alius curis, & ſollicitudinibus liberam, magis in eo munere laborare poſſunt. addo etiam ratione eiufdem ſtatus facilius poſſe melioribus conſilijs vti, etiam in ipſamet ratione docendi, cum maiori fructu diſcipulorum: ad quod etiam facilius poſſunt & ſibi, & diſcipulis diuinum auxilium impetrare.

Maiores autem momenti eſt profeſtus in moribus, qui faciliſſimè in ea ætate imprimuntur. Et ad hunc profeſtum quamplurimum refert vita, & religioſum inſtitutum præceptoris: vt latè tractat Ribaden. libro tertio de B. Ignatio capite vltimo. Primò ratione exempli, quod maximè mouere ſolet: & ideo qualis magiſter eſt, talis educantur diſcipuli, præſertim in ea ætate, quæ vix poteſt inter bonum, & malum diſcernere, & ideo actio magiſtri, ſi mala fit, eſt diſcipulo quædam licentia tacita, vel potiùs excitatio ad eum imitandum. Propter quod dixit Boetius in tractatu ſcholarium, nullus eſt magis pernicioſus diſcipulo, quam vita magiſtri conuenientiſſima. Secundò ratione intentionis, & induſtriæ, quæ ex ea naſcitur: nam religioſus præceptor magis intendit bonã educationem pueri in moribus, quam in doctrina, & ideo quidquid poteſt prauos mores docere, vel in ipſiſmet libris legendis, vel in quacunque praua ſocietate, aut alijs huiusmodi rebus diligenter auerit: quidquid verò ad eorum bonam inſtructionem commode iuuare poteſt non prætermittit. Hinc Chryſoſtomus homil. 60. in Marth. parentes docet, vt ſi ad colendũ filiorum ingenium pedagogus recipiendus ſit, non quemcunque ſibi oblatum ſtatim admittant, ſed conſiderent vllam artem hoc artiſticio ſublimiorem non inueniri. Quid enim (inquit) maius, quam animis moderari, quam ad deſectulorum fingere mores? omni certe pictore, omni certe ſtatuario, ceteriſque huiusmodi omnibus excellentiorem hanc duco, qui iuuenum animos fingere non ignorat.

Hinc etiam ſacri canones, qui frequenter præcipiunt vt ſit in vnaquaque Eccleſia præceptor, qui pueros in his inferioribus diſciplinis, etiam in Grammatica, inſtruat, ſimul admonent vt magna cura ſe eligatur, qui vita, & moribus eis prodeſſe poſſit, vt videre licet in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro II. I. part. 1. cap. 18. vbi ſpecialiter admonetur, vt talis præceptor & gratis doceat, & docedi licentiam gratis accipiat: ac beneficiũ competens, quo alii poſſit. Quod ex parte ſtatutum fuerat in quadam antiqua Synodo ſub Eugenio II. & habetur in cap. de quibusdam diſtin. 37. in Concilio autè Lateranenſi ſub Innocentio III. cap. 11. diſtinctè explicatur, vt gratis in Grammaticæ facultate, ac alijs inſtruat, & quod Magiſter idoneus conſtituatur à Præſato, cum capitulo, ſeu maiori ac ſaniori parte Capituli eligendus. Et Concilium Tridentinũ ſeſſ. 5. cap. primo de Reformatione, idem ſtatuitur, & eligendus Magiſter dicitur ab Epifcopo cum conſenſu Capituli, & omnibus modis curandum eſſe, ne pia hæc, vtilis, atque fructuoſa promiſſio, quouis quaſto colore neglatur. Et ſeſſ. 23. cap. 18. de Reformatione, grauiffime ſtatuit vt erigantur ſeminaria, in quibus pueri à teneris annis ad pietatem & religionem ſimul cum literis inſtituantur.

Et in

IV.

Deinde quæ ad profeſtum in moribus

V.

Accedit autem, ibiſque in

II. Aſſertio 1. præambula eruditionem puerorum per ſe bonam eſſe.

Probatur multoſitate.

Vide Siman. lib. 9. de re. pub. c. 23.

III. Probatur quoad profeſtum in ipſa doctrina.

Verba de
stitutione
puerorum
apud Alex
ab Alex. &
Tirag. li. 1.
genial. c. 15.

Et in Concilio Moguntino sub Sebastiano, cap. 65. grauiissime idem statuitur tanquam res maximè necessaria ad fidem & religionem, vel instaurandam, vel conferuandam. Et peculiariter animaduertitur, vt præceptores idonei sint, & catholice veritatis amantes, ac de heresi non suspecti. In Concilio autem Mediolanensi I. sub Carolo Borromæo part. 1. dicitur Magistros esse eligendos non minus fidei & vitæ, quam doctrinæ & scientiæ laude commendatos, quibus etiam præcipit, vt bonis moribus, & salutaribus præceptis eos erudiant. Nec solum canones, sed etiam leges ciuiles hanc curam habuerunt. Nam in l. Magistri s. C. de professoribus libro 10. Magistros (inquit) studiorum, doctoresque excellere oportet moribus primum, deinde sciendi. Et deinde subiungitur, vt magno iudicio, & optimorum conspirante consensu eligantur, & in lib. 2. statuitur, vt si semel electus postea inueniatur insufficiens, reprobetur. Et similiter in l. vnica C. de professoribus, qui in vrbe; lib. 12. dicitur, si laudabilem in se bonis moribus vitam esse probauerint. Et postea additur, Si docendi pueritiam, &c. Ex hoc ergo capite etiam est manifestum Ecclesiæ, & Reipublicæ multum expedire, vt hæc puerorum eruditio per religiosos fiat. Quia per se loquendo, & ex vi sui status perfectiores in bonis moribus esse debent, & diligentiores in disciplinis instituendis in bonis moribus simul cum doctrina.

VI.

Arguitur
primo ex
Gregorio.

Reliquum est vt videamus, an ipsi quoque religiosi hoc expediat, non enim defuerunt, qui in hoc etiam nostram Societatem reprehenderint, quod ad huiusmodi Ministerium se dimittat. Primum quod vile, ac infimum, religiosi quoque viros munus dedecens videatur. Nam cum D. Gregorius relatum esset, Desiderium Grammaticam quibusdam exponere, ad eum ita scribit lib. 9. epistol. 48. *Quam rem moleste ita capimus: ac sumus vehementius aspernati, vt ea (scilicet bona quedam) qua prius dicta fuerant, ingenium & tristitiam verteremus.* Refertur in cap. cum multa. d. 86. Secundò, quia non solum indecens, sed etiam noxium potest hoc ministerium esse religiosi viris, tum propter nimiam distractionem, & inquietudinem, quam puerorum multitudo necessariò allatura est: tum propter nimium laborem & occupationem, quæ non solum proprium spirituales profectum, sed etiam ministeria maioris momenti, & quæ maiores Ecclesiæ fructus parere possent, impediunt: tum denique propter multa pericula, quæ cum hoc ministerio adiuncta esse possunt. Terriò ex aliarum religionum exemplo: nullæ enim sunt, quæ in hoc ministerio circa seculares occupentur, quarum vestigiis discedere, & nouum aliquid in re tam graui introducere laudabile non est.

Exemplo
vandem ar
guitur.

VII.

Enudetur
primum af
ferentis
membrum.

Nihilominus censemus, & hoc non esse nouum: neque alienum à religioso statu, & pro tempore, & opportunitate Societatis fini & institutioni fuisse maximè consentaneum. Probo singula, & in primis ex antiquis historiis & ex Patribus constat puerorum eruditionem à viris religiosi tanquam piam, & Ecclesiæ valde vtilem fuisse susceptam. Nā quod Eusebius lib. 5. historiæ cap. 11. & 12. & libro 6. cap. 12. refert de schola Ecclesiæ Alexandrinæ, non solum videtur intelligendum de ipsa doctrina sacra, seu Theologia, sed etiam de aliis disciplinis, & de eloquentia, & aliis fundamentis eo tempore ad sacram doctrinam necessariis. Et ideo de Pantæno ait, fuisse omni humaniori literatura præstantissimum, & de Origene partitum fuisse curam docendi cum Heracla viro sacrarum literarum studioso, & in aliis disciplinis disertissimo, ac Philosophiæ nō ignaro eique illos erudiendos commississe, qui ipsi fidei elementis essent imbuendi. Et Theodoretus libro 4. historiæ cap. 16. refert Protogenem in The-

baidam à Valente relegatum, statim ac locum reperit idoneum ludum aperuisse, & pueris docendas operam dedidisse, quos non modò exercuit ad litterarum scribendum, verum etiam sacra Dei eloquia docuit. Nam hymnos (inquit) *Davidi tanquam cithara illi proposuit, & eas Apostolica doctrina sententias, quarum ingenium accommodatas putabat eligendas tradidit.* In quo exemplo, (vt ex illo cetera, quæ afferemus, intelligantur) animaduertitur non oportere, vt de eadem eruditione, in Grammatica, vel Latina lingua, hæc antiqua testimonia loquantur, sed cum proportionem accipiendam esse de eruditione puerorum in quibuscumque inferioribus disciplinis, quæ sint quali principia, vel fundamenta perfectionis doctrinæ: licet enim nunc etiam Grammatica ad hæc fundamenta pertinet, vt notauit Ihsidorus lib. 1. Erymologiarum, cap. 4. Qui propterea dixit lib. 3. de summo bono cap. 13. Grammaticorum doctrinam etiam posse proficere ad vitam, dum fuerit in meliores vsus assumpta, quod ex Hieronymo refertur in cap. si quis autem. d. 37. Imò etiam artem scribendi inter hæc fundamenta reputauit prædictus Protogenes, qui fuit vir sanctus, & miraculis clarus, vt ibi Theodoretus refert. Et de S. Calixto Martyre, qui munus habuit docendi pueros parulos à quibus postea martyrium passus est, vt ex Prudentio, & Beda refert Surius tom. 4. die 13. Augusti, de hoc (inquam) ferunt, vt videre est apud Baronium in martyrologio, die 13. Augusti: fuisse prius Episcopum in Germania, & à sua sede deiectum, venisse Italiam, & Immola confedisse, ibique ludum literarum aperuisse. Item de S. Patrolo refert Gregorius Turonensis in vita eius, & ex eo Surius tom. 6. die 19. Nouembris, fuisse prius clericum, seu canonicum regularem, & relicta vrbe ad vicum quendam discensisse, ibique adscripto oratorio D. Marini, liquis consecrato, pueros erudire cepisse in studiis literarum.

Refert etiam Chrysostomus lib. 3. aduersus vituperatores vitæ monasticæ, post medium, quandam venerabilem monachum, qui solitariam vitam profitebatur, ad Constantinopolitanam ciuitatem descendisse, vt cuiusdam adolescentis curam haberet, ipsiusque formaret animum, dum ipse Latinæ, & Græcæ linguæ studeret, vt tandem sui instituti, & propoliti focum illum haberet, cuius, & institutum, & opus mirum in modum laudat Chrysostomus. *Ita enim (inquit) putram illum bene erigens ille pædagogus exercuit, tantamque in eo flammam discendi celestis accendit, vt cuncta simul repente abiceret, atque ad solitudinem conuolaret, alioque rursus inueneret, quod illum ab inuestigabili illi, ac venientis exercituum a mōdarauiorem posset commodioremque conuertere. Et infra, condiscipulorum plurimi tantum ex illius contubernio familiariter profecerunt, vt illius instituti fieri amplius debet, quæpe ille domi, qui se perpetuo moderaretur, ac vultu statueret sub artifice manu confutata ornator in dies exadidit, ingeniemque animo decorem assidue adhibebat. Et inferius concludit Chrysostomus: *Itaque si quis mihi nunc quæcumque in modum animum, ac pædagogum daret, aliaque similia polliceretur, curaturum: incredibile est, quam id faceret: sic enim profecto copiosius ex fructu magis exultarem. Nec mirandum est religiosum illum virum vnius pueri curam, & magisterium tanta cura suscepisse, cum sanctus Hieronymus scribens ad Lætam de institutione Paulæ filiz circa illius educationem, latè illam instruat, & cum inter alia ponat, vt eam Bethlehem mitteret, vt cum virgine Eustochio religioso educaretur, his verbis epistola concludit. *Ipsi si Paulam miseris, & magistrum me, & eriticium spondeo, gestabo humeris, habuientia sicut vna formabo, multo gloriosior mundi Philosopho, qui nos Regem Macedoniæ Babylonio periturum veneno, sed animum, & ipsam Christum eruditum regi calisibis effundam.* Præter-**

IX.
Accedunt
Concilia
Patru.Cassio l. 1.
cap. 70.X.
Probatio ab
exemplo.

Præterea inter decreta, quæ VI. Synodo Constantinopolitana tribuuntur, & referuntur in tomo 3. Conciliorum post Concilium Toletanum III. in cap. 5. statuitur, vt presbyteri per vicos & villas scholas habeant, Et si quis fidelium (inquit) suos parvulos ad istas literas & commendare vult, cum summa caritate eos doceant, neque aliquid pretij ab eis accipiant. Et in cap. 4. supponitur etiam religiosorum cenobitas hoc tunc exercuisse, sic enim ait, Si quis presbyteris voluerit nepotem suum, aut aliquem consanguineum ad scholas mittere in Ecclesiis sanctorum, aut in cenobitis, quæ nobis ad regendum commissi sunt, licentiam ad id faciendum concedimus. In Concilio etiam Aquisgranen. sub Ludouico primo, cap. 135. habetur, Canonicos etiam regulares assumptis curam instruendi, & docendi pueros, & adolescentes, saltem eos qui ad Ecclesiæ ministeria educabantur. Idem grauisimè commendatur in Concilio Parisiensi sub eodem Ludouico libro primo cap. 30. Quod etiam tempore D. Basilij hoc obseruatum fuerit, colligi potest ex eodem in regulis breuioribus 2. quæstione 2. vbi sub his terminis quæstio mouetur. Nunquid conueniat, vt inter fratres magister sit puerorum secularium? Est autem responsio notanda. Cum apostolus dixerit: Patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina, & correctione Domini, si quos adducunt hac mente adducunt, & qui sciunt tales sunt, qui planissime considerant posse se, qui sibi adducuntur, in disciplina, & correctione Domini educare: seruetur quod præceptum est à Domino, qui dixit: sinite parvulos venire ad me, saluum est enim regnum colorum, remoto autem huiusmodi proposito, ac si hoc neque Deo gratum, neque ex decore, aut ex utilitate nostra esset existimo. Hinc etiam D. Benedictus nobilissimum Romanorum atque aliorum Italiae magnatum filios, in suo monasterio erudiendos accipiebat, vt ex Gregorio intelligitur 2. Dialogorum cap. 3. in fine, dicente, Capere etiam tunc ad eum Romanæ vrbis nobiles, & religiosi concurrere, suoque diuinitus omnipotenti Deo nutriendos dare. quanquam in his verbis loqui videtur de donatione filij ad statum religiosum, quæ tunc erat in vsu, & de qua loquitur Benedictus in sua regula cap. 39. In historia etiam religionis Prædicatorum refertur, in quodam suo capitulo generali statutum esse, vt in singulis monasteriis aliqui fratres deputarentur, qui circa doctrinam, & mores puerorum, qui in scholis versantur, curam haberent. Non est ergo hoc nouum, licet fortasse, quia maiori ex parte antiquatum erat, per Societatem fuerit instauratum, & fortasse etiam auctum, & ad meliorem formam redactum.

Et ex eadem traditione, & exemplis constat ministerium hoc non esse indecorum, sed maximè decens religiosos viros. Quod enim à grauisimis & sanctissimis viris susceptum, & approbatum est, cur indecens reputabitur? an quia humile potius, quam honorificum ministerium esse videtur? At profectò hoc genus operum maximè decet religiosum statum: alloqui non deberent religiosi curare infirmos, pedes hospitum lauare, ac denique per charitatem inuicem seruire, vt Paulus monet. Quod si ad alia opera charitatis, etiam abiecta, & laboriosa meritò ordinatur religio, cur non etiam ad hoc opus docendi pueros, quod licet valde laboriosum, & minus honorificum sit, tamen sine dubio est vtilissimum Ecclesiæ, vt ostensum est in c. 2. Si ergo seruetur conditio à Basilio posita, nihil est indecentius in hoc munere, potestque ex verbis illius argumentum à contrario sumi, tunc enim hoc ministerium non erit ex decore (vt ipse loquitur) quando per illud temporale cōmodum queritur, aut spiritualis fructus proximorum non speratur, ergo à contrario, cum à religiosis viris nihil præ-

Franc. Suar. de stat. u. relig. Tom. I. V.

ter communem Ecclesiæ vtilitatem per hoc ministerium queratur, cumque hæc vtilitas propter rationes omnes adductas, & manifestum experimentum, magna sperari possit, dubium non est, quin huiusmodi opus dignissimum sit, vt à religiosis viris assumatur.

Neque contra hoc quidem facit reprehensio Gregorij in dicta epist. seu in dict. cap. cum multis. Satisfit primò quidem, quia aliud est loqui de Episcopo, aliud de religioso: multa enim religiosum decet, quæ Episcopum dedecet, in quibus numerare possumus Grammaticam docere, sicut etiam Gregorius Nazianzenus epist. 97. in Gregorio Nissenio reprehendit, quod prætermissa lectione Scripturarum nimium Rhetoricæ libris vacaret, eumque exhortatur, vt illis libris omisissis propria Episcopi munera, quæ solebat diligentia relinqueret. Deinde & Glossa ibi & Gratianus in §. cur ergo, post cap. turbat. d. 37. & alij exponunt, Episcopum illum reprehendit à Gregorio, eo quod in concionibus ad populum loco sacre lectionis, & eruditionis, Gentilium fabulas, & Poëtarum carmina exponebat. Quem sensum indicat Gregorius cum ait, nefandum esse Episcopis canere: quod nec laico religioso cōueniebat: loqui enim necesse est de cantu profano, nō de ecclesiastico: legimus quippe de eodem Gregorio apud Ioannem Diaconum lib. 2. vitæ eius, cap. 6. interdum cum Ecclesiasticis pueris fuisset modulatum, habentem in manu flagellum, quo pueris minabatur: si in Ecclesiastico cantu erraret. Qui ergo Summus Pontifex dedignatus non est, propter clerici reformationem in cantu Ecclesiastico pueros instruere, vel sua auctoritate ad maiorem diligentiam adhibendam eos compellere: multo magis iudicaret opportunum, ac decens, religiosos aliquos occupari circa puerorum eruditionem in inferioribus literis, quatenus ad maiores necessariae sunt.

Præterea quod ministerium hoc non sit omitendum propter impedimenta, vel pericula, quæ secum affert, declaratur breuiter. Quia in primis hoc ministerium per sese est adeo vtile, ac necessarium Ecclesiæ, vt prætermittendum non sit, etiam si maiora, aliqua ex parte impedire videatur. Nam licet formaliter (vt sic dicam) minimum appareat, virtute tamen magnum est: cum ex illo & Ecclesiæ mores, & altiores disciplinae magna ex parte pendeant, ita vt ad illud meritò accommodari possit parabola de grano sinapis, quod minimum est quantitate, virtute autem magnum. Accedit, quod altiores scientiæ plures habent Magistros, tam religiosos, quam seculares: ad hanc autem puerorum eruditionem pauci, quales numero 3. & 4. proponebamus, inueniuntur, aut inclinantur, & ex hac parte maiori Ecclesiæ necessitati in eo subuenitur, & ideo licet apud homines videatur minoris dignitatis, apud Deum fortasse est maioris meriti. Præterea quamuis opus hoc ad eas personas comparatum ab altioribus ministeriis eas impediatur: tamen non ibi sistendum est, sed cum toto religionis corpore est conferendum: nam (vt de Ecclesia dixit Paulus 1. Corinth. 12. Corpus non est vnum membrum, sed multa, & quæ videntur membra corporis infirmiora esse necessaria sunt, & ex illorum ministerio non impeditur corpus, quominus perfectiores actiones per altiores facultates possit efficere. Ita ergo contingit in corpore religionis: nam si hæc inferiora ministeria cum debita mensura, & moderatione sumantur, non impediunt altiora: sed potius ad illa iuuant, tum preparando materiam, vt sic dicam, ex parte audientium, vt idonei sint ad perfectiores disciplinas capessendas, tum ex parte ministrorum, vt paulatim ab inferioribus ad perfectiora progrediantur, & ita in omnibus

XI.
Satisfit primo
mo argum.
in num. 6.XII.
Satisfit secundo
ibid, quod omnia istis continetur.

Yy bus

bus magis proficiant; nam omnia tempus habent; & quadam ministeria, quadam ætatem; & conditiones requirunt, quædam verò alias; & tota hæc varietas in corpore religionis inueniri potest, si cum dextérité, & prouidentia gubernetur. quod quidem non negamus esse difficile; ac laboriosum, inde tamen speramus meritum augeri. Vnde per se loquendo, hic labor, & sollicitudo non potest impedire substantialis perfectionis augmentum; tum quia est opus insignis charitatis, & ex obedientia susceptum ipsam charitatem multum auget, ac perficit; tum etiam, quia sperandum est ratione talis status, & totius religionis ad hoc munus, inter alia instituta, non sine speciali Dei prouidentia, & approbatione; sperandum inquam est non futurum peculiare auxilium Dei ad illud munus, imò cum magno etiam profectu efficiendum. Quapropter si quid est periculi, eadem diuina gratia, & superiorum vigilantia, & aliis operibus religionis, & iis præsertim, quæ ad vitam contemplatiuam pertinent, superari cum tale periculum non sit per se coniunctum huic ministerio, sed sit valde accidentarium, & extrinsecum; vixque possint cogitari actiones humanæ, in quibus similia, vel maiora pericula inueniri non possint.

XIII.

Tandem quod hoc tempore, & in hac religione medium hoc (quidquid sit de religionibus aliis temporibus) fuerit valde opportunum Ecclesiæ, & non sine peculiari Dei prouidentia inuentum, intelligit facile, qui animaduertat, quæ lib. 1. diximus, de institutione Societatis: namque rationes omnes & circumstantiæ, quas ibi obseruabimus circa institutionem Societatis ad ministeria proximorum, ad hoc peculiare ministerium applicari possunt, & experientia, quam diximus, institutum ipsum comprobasse, non minus approbat; & confirmat hoc ministerium. Re enim vera incredibilis est fructus, qui ex illo redundauit; in Prouinciis siquidem Catholicorum, ubi fides illæsa conseruatur, non solum puerorum, sed etiam omnium statum mores per hoc medium reformati sunt. nam ex his pueris, & plures religiosi, & boni clerici, & iusti gubernatores Reipublicæ prodierunt. Cum enim à tenera ætate Dei timorem concipiant, & diuinis rebus, ac sermonibus assueant, semper odorem illum retinent, generatim loquendo, iuxta sententiam Sapientis Prouerb. 22. *Adolescent iuxta viam suam etiam cum senex sit, non recedet ab ea.* In religionibus autem hæresis labe infectis per hanc puerorum educationem, non solum filij, sed etiam parentes sæpe ab hæresi præseruati sunt, & ab illa interdum ad fidem reuocati. Sicut enim legimus Principes, & alios hæresum patronos ad eas disseminandas, & propagandas, procurasse, vt pueri statim ab initio cum ipsis literarum principiis errores biberent, vt de Maxentio refert Eusebius lib. 9. historia. cap. 5. & Theodorus presbyter in Hægoge, seu expositione vnionis duarum naturarum in Christo, statim initio de sectatoribus Eutychis, & Dioscori refert tanta pertinacia Ecclesiam oppugnasse, vt quos haberent puerulos necdum compotes plani eloquij exaceruerent, atque persuaderent inducendum, quo possint, & audire & discere, quæ pro suo dogmate tuendo afferbant, quos nostro etiam ætate Lutheranos imitari audiuius: scribunt enim carmina, & elegantes orationes contra Pontificem, & Ecclesiam catholicam, vt pueri eas legentes eorum spiritum hauriant, & summam diligentiam adhibent, vt Magistri puerorum suis erroribus infecti, & ad eos affecti sint. Et in Concilio Colonienfi sub Adolpho p. 1. cap. 1. refertur sectarios magistris inhiare scholarum, & operam suam institu-

Fructus educationis puerorum inter catholicos.

Item inter hæreticos.

Theodorus in tom. 1. Biblioth. Patrum.

dæ iuuentuti passim venditare, vt venena sua teneræ iuuentuti infillunt; de Diuo etiam Petro martyre ex S. Dominici familia, scribitur Patrem Patrumque hæreticos contendisse (sed tamen frustra) vt ab schola remoueretur, ubi cum ceteris pueris fidei nostræ rudimenta didicerat; esset ergo absurdum, & insolens (vt ait Theodorus supra) si hæretici pro tuendo mendacio puerorum animos præoccupare studeant, & Ecclesia pro veritate & animarum salute defendenda in eo negotio negligens inueniretur; propter hanc ergo præcipue causam existimo tali tempore Deum exaltasse Ignatium, eique hanc mentem, & consilium abque aliarum religionum urgente exemplo dedisse, illudque sui vicarij auctoritate, & multis effectibus, ac suæ gratiæ ostensionibus comprobasse. Quibus tandem accedit grauissimum Cardinalium testimonium; nam in congregatione in qua ad dubia circa Concilium Trid. respondent, in quadam responsione 231. circa decretum Concilij Trid. sess. 23. c. 18. de reformatione, addiderunt, quærendos esse magistros Grammaticæ & Musicæ eruditos, qui in seminaris pueros instituant, quorum (ait Congregatio) si reperiantur I. suite ceterum anteponendi sunt. Atque ita satisfactum est tribus rationibus dubitandi in num. 6. positis.

Addam in fine huius capitis vsque ad eod. cordi fuisse D. P. N. Ignatio hæc educationem puerorum, vt non putauerit indignum, vel alienum à nostro instituto, etiam illorum curam suscipere, qui sub aliquo Magistro legere addiscunt, aut scribere, cum debito tamen moderamine. Vnde in 4. p. Constit. c. 12. in fine vltimæ declarationis sic dicitur, *In legendo, scribendo, & scribendo alios instituere, opus etiam charitatis est; si personarum numerus Societati suppetat, vt omni no vacare possit propter earum tantam penuriam, hoc ordinari decere non constitimus.* Itaque opus quidem ipsum esse, charitatis est, & susceptum propter prædictum finem, scilicet vt pueri cum ipsis primis literis, nihil aliud quam honestatem, & religionem addiscant, esset reuera magnum, & religiosum obsequium Dei, non tamen nisi raro suscipitur, & propter grauem aliquam causam, & communem necessitatem, ne tot muneribus nimium religio oneretur. Potestque moralis ratio adiungi, nam vtilitas, quæ ex illo magisterio resultat, magis remota est à literariis disciplinis, minusque ab illa pendent altiores scientiæ, quam à Grammatica, vel aliis artibus liberalibus, & ex hac parte minus coniuncta est cum Collegiorum instituto, facileque inter seculares inueniuntur, qui exacte artem illam doceant, quæ magis etiam ad mechanicas accedit, quam ad liberales, & ideo frequentius per laicos, quam per clericos tradi solet, & alioquin ætas puerorum pro illo statu, regulariter loquendo, nimis tenera & imbecilla esse solet ad morum instructionem accipiendam, & ideo minus necessarium illis est nostrum ministerium: nam quod in hoc ministerio iis parulis fuerit opportunum, suppleri potest externarum scholas interdum adeundo, & in doctrina Christiana, & bonis moribus pro illorum capacitate pueros instruendo, quam curam tanquam sibi propriam, ubi commodè fieri potest, Societas non prætermittit.

CAPVT VI.

Virum ad externorum scholarum institutionem conuenientibus medijs Societas utatur.

Deo in hac institutione intenduntur: profectus videlicet in doctrina, & in moribus, quæ dupliciter ita comparantur, vt licet doctrina sit quasi materia nostra propria

propria huius ministerij, & effectus proximus Collegiorum, finis tamen precipuus sit honestas morum. Quæ duo obseruare licet in Concilio Tridentino sess. 23. c. 18. quod est de seminaris puerorum, & eorum institutione, ubi media ad vtrumque effectum consequenda præscribit: merito ergo in constitutionibus Societatis idem circa has scholas secularium prouisum est, & integro libro authoritate eiusdem Societatis postea edito, & inscripto, Ratio institutionis studiorum, disertissime inculcatum.

Prima assertio de medijs ad virtut. in promouendam.

II. Primò ergo dicendum est, sufficienter ac conuenienter in his Collegijs esse prouisum de medijs, quibus iuuentus in virtute conseruetur, ac promoueat. Hoc faciliè patebit breuiter hæc media enumerando. Primum, quoniam conscientia pura sedes est sapientiæ, statuitur, vt frequens confessio peccatorum fiat, saltem singulis mensibus 4. p. Constit. c. 7. §. 2. Curatur, (dicitur ibi) quoad eius fieri poterit, vt singulis mensibus ad sacramentum confessionis accedant. Et cap. 16. Diligenter curatur, vt qui literas discunt gratia ad vniuersitates Societatis se conferunt, simul cum illis bonos, ac Christianos dignos addiscant, ad quod multum iuuent, si omnes singuli saltem mensibus semel ad confessionem sacramentum accedant. Hoc medium probauit Concilium Tridentinum dicto cap. 18. ubi de his, qui educantur in seminaris, dixit, saltem singulis mensibus confiteantur peccata. Et in vtroque loco ponderanda est particula saltem, per illam enim insinuat, melius esse, frequentius confiteri, & ita esse consulendum, quamuis non exigendum, aut pro regula statuendum, præsertim pro iunioribus secularibus. Et ob eandem fortasse causam, nihil de vsu Eucharistiæ pro his scholaribus externis, sicut pro nostris scholaribus, statuitur, tacite verò intelligitur id, quod Concilium expressius declarauit, dicens, & iuxta confessoris iudicium sumant corpus Domini nostri Iesu Christi: quod facilius in seminaris seruari potest, & quod in eis sub feueriori disciplina Ecclesiastica iuuenes continentur.

III. Secundò post vsum sacramentorum præcipitur quotidianus Dei cultus, & quia hic maximus est in sacrificio Missæ, ideo in eisdem locis constitutioni dicitur vt Scholastici quotidie Missam audiant: quod etiam de seminaris expressit Concilium Tridentinum citato loco. In Concilio autem Lateran. sub Leone X. sess. 9. sub titulo, de reformatione Curia, non solum dicitur, vt ad Missas, sed etiam vt ad Vesperas, diuinæ officia audienda impellantur. Sed id intelligendum est cum distributione accommodata, non enim inducendi sunt, vt quotidie his officiis assistant, id enim quamuis aliis sanctum, & bonum, illi arati esset nimis onerosum, & studiorum opus impediret, & ideo Concilium Tridentinum de his qui educantur in seminaris solum dixit in diebus festis debere in Ecclesia cathedrali, pro opportunitate loci inferuire: ita ergo intelligendum est Concilium Lateran. de diebus festiuis: nam de illis specialiter loquitur, si contextus attentè inspicatur. In illis autem ad Missas audiendas omnino cogendi sunt, si oportuerit, ad alia verò diuina officia tantum inuitandi, & suauiter inducendi, præsertim verò ad prædicationes, & sermones audiendos, vt dicitur in prædicto Concilio Lateran. Inde in dicto c. 16. 4. p. constit. dicitur, Concionem singulis diebus festis, cum ea si 12. audiant, & præceptoribus iniungitur, vt vniuersique ad suis discipulis hoc seruari procuret.

IV. Tertiò, quia generales conciones, quæ pro toto populo sunt, minus accommodatæ puerorum causa Franc. Suar. de statu relig. Tom. I. V.

ptui atque adeò minùs viles esse possunt: ideo præceptoribus Societatis cura instruendi, & exhortandi ad virtutem suos discipulos variis modis commendatur. Quod est sacris canonibus valde consentaneum. Nam in dicto Concilio Lateran. inter alia sic dicitur, Magistri scholarum, & præceptores pueros suos, siue adolescentes, non solum in Grammatica & Rhetorica, ac ceteris huiusmodi instruere debeant, verum etiam docere sentiantur ea, quæ ad religionem pertinent: vt sunt præcepta diuina, articuli fidei, sacri hymni & Psalmi & Sanctorum vitæ, &c. Sic ergo in prædict. cap. 7. 4. p. constit. §. 2. generatim dicitur, curandum esse vt scholastici, in his, quæ ad doctrinam Christianam pertinent, bene instituantur: & in cap. 16. §. 2. in particulari ordinatur, vt semel in hebdomada prælegatur pueris Christiana doctrina, & vt ipsi eam addiscant ac recitent: & in §. 3. additur vt singulis etiam hebdomadis aliqua declamatio fiat, per quam omnes ad augmentum virtutis excitentur. Et §. 4. commendatur præceptoribus, vt inter legendum cum se occasio obtulerit, ad obsequium, & amorem Dei, ac virtutum discipulos moueant: quod etiam in priuatis Collegijs oportune facere debent.

Quartò optima est consuetudo in initio scholarum, seu lectionum publicè orationem præmittere: sicut de Thoma Aquinate legimus, nunquam se lectioni, vel scriptioni dedisse, nisi præmissa oratione. Hanc ergo consuetudinem in nostris scholis quantum fieri possit, seruandam esse in dicto §. 4. præcipitur. Docendi autem sunt pueri, vt in ea breui oratione duo efficiant, vnum est vt omnia sua studia, & in particulari tempus illud, & actionem in Deum referant. Quod documentum insinuat Basilius, quantum ad rectitudinem intentionis in reg. 292. ex breuioribus, & Boetius lib. de disciplina scholarum cap. 6. latius Dionysius Carthus. lib. de doctrina scholarum art. 20. Aliud est vt assueant ad Deo postulare gratiam ad proficiendum in studiis. Quod ad omnes alias vitæ actiones illis valde vtile esse poterit.

Quintò specialiter cauetur in constit. 4. p. c. 14. §. 2. vt præceptores abstineant ab eis libris iuuenturi prælegendis, in quibus sit aliquid, quod bonis moribus nocere queat. Quod fere eisdem verbis dixit Concilium Lateran. supra: Nihil (ait) contra bonos mores aut quod ad impietatem inducat, eos docere possint. Alia etiam Concilia, quæ de hac puerorum eruditione aliquid statuerunt, ab his libris, qui obscenas fabulas, & comedias continent, abstinere iubent, vt videre licet in Concilio Colonienfi sub Adolpho 1. p. c. 3. Inter si (inquit inter alia) vt tantum casti, pii, & religioni orthodoxæ consentientes auctores prælegantur. Quod iudicium non vult esse penes omnes, & ideo statuit, vt nullus liber prælegatur iuuenturi, nisi ad hoc examinatus sit, & admissus à Decano artium Catholice vniuersitatis. Idem præcepit Concilium Mediolanense I. sub Carolo Borromæo p. 1. c. de ludimagistris: Non solum (inquit) libros indigne S. D. N. P. IV. auctoritate edicto nominatim reiectos pueri non interpretentur, aut ab illis legi permittantur, sed neque etiam alios, quibus obscena & turpia continentur: quod etiam in regula 7. Catalogi Rom. cautum est: similia videri possunt in Synodo Augustensi cap. 26. & in Synodo Moguntina sub Sebastiano c. 36. refertur etiam Synodus Valentina, sub Martino Ayala sess. 1. quæ non habetur in tomis Conciliorum.

Ratio clara est, quia sub specie eloquentiæ & dulcedine Latinae linguæ, & per oblectamenta fabularum prauas cogitationes immittunt, & mores inhonestos docent, imò mentem excitant ad incentiua libidinum: vt Ildorus dixit lib. 3. de summo bono c. 13. & refertur in cap. ideo prohibetur. 37. d. Vnde rectè Origenes hom. 2. in Hierem. huiusmodi libros comparat

Medium institutio doctrina Christiana, ac exhortationes priuatae, &c.

V. Medium oratio in sch. la. in initio,

VI. Medium ne prælegantur libri bonis moribus nocui, quod suadet Conc. Lateran.

VII. Item ratio, ne ex patribus.

IX. Secundò dicendum est, non minori prudentia definita esse ac statuta in Societate necessaria media, quæ ad scholasticorum, & puerorum eruditionem opportuna esse possunt : & in praxi seruantur. Hoc posterius experientia constare potest, cū enim

Tertium medium est illud generale, & in omni
Republ. ad mores, & artes promouendas, & vici-
compensanda maxime necessarium, premium, scilicet,
pœna, quæ in vnaquaque actione vel per-
sonarum genere debet esse illis proportionata. Veri-
tate ergo magna dextericite, prudentia, & religio-
ne in scholis Societatis obseruatur. Et quidem quon-
iam ad pœnam statutum est vt correctio sufficiens non
debeat, pro qualitate, & capacitæ scholarium, si-
tamen corporaliter adhibenda sit, propter reli-
giosam decentiam, ac molestationem, non per ipsos

Traclatur
eiam fuit
in congreg.
decret 35.

præceptores, sed per ministrum aliquem, seu correctorem ad id muneris deputatum executioni mandanda est. ita habetur p. 4. Constit. c. 7. §. 2. & cap. 16. §. 5. ubi etiam additur, si hæc correctio non sufficiat & periculum sit, ut scholaris aliis noceat, cum ipse parum proficiat, expellendum esse ab studio eum, qui incorrigibilis est. Et in Declaratione additur, si ad exemplum, & timorem aliorum, propter scandalum præstitum maior aliqua poena necessaria fuerit Rectoris prudentia procurandam esse, quauis (dicitur ibi) quoad c. 5. si. vi. potuerit, in p. 1. a. lenius, p. 2. & charitate cum omnibus conseruata sit agendum. Atque hoc genus institutionis videtur in huius Basilius in reg. 292. ex breuioribus supra iam citatis, dum ait, pueros ea conditione esse admittendos, ut a religiosis instituantur, ut qui eos adducunt, intelligant eos esse erudiendos in disciplina, & correctione Domini. Ex quo sumptis videtur Carthus. opus. citato de eruditione puerorum, artic. 24. ad finem, in scholis edictum proponendum esse, ut nullus ad eas frequentandas admittatur, nisi prius consentiat magistrorum disciplinæ ac correctioni acquiescere, imò & in præcipuis scholis statutum est, ut non nisi data prius fide de obediendo Rectori in Scholasticorum album quispam describatur.

XIII. De præmio nihil inuenio expressè in constitutionibus decretum: quod ideo fortasse accidit, quia de correctione oportuit expressè prohibere: ne executio per nostros fieret, & consequenter peculiare officium pro nostris vniuersitatibus institueretur ad eum finem. At verò de præmio nihil huiusmodi statuere necessarium erat: nam, ut dixit Philo Iudæus lib. de Abraham: Sic viro Principi agendum est, ut si quis egerit coactione, hunc alii puniendum tradat. Ceterum cum præmia reddenda sunt, id per se ipsum faciat. Igitur

Vide Xenophonem in Hierone.

tur de præmiis nihil statuere necessarium fuit, sed ex generali ratione prouidentia illa supponere: modum autem & usum eorum prudentia gubernatorum relinquere. Nihilominus in i. Congregatione generali can. 119. hoc amplius declaratum est his verbis: Proponi & dari possunt munuscula quadam, quæ præmia vocantur Scholasticis externis, ut ea ratione inflammentur ad studia literarum. Et additur, ut in eis seruetur modus honestus & religiosus: quod denique medium in lib. de Ratione studiorum sæpius commendatur. Quin etiam Basilius de re simili agens, reg. 15. ex futurioribus: profuerit inquit, illis, si proponantur præmia ne uerba, cum rebus, tum etiam verborum: siquidem sunt hæc ratione, ut quæ volumus, ea facilius & incandescant percipiunt. Atque in hunc finem Scholasticis iis, qui in hoc nostro Conimbricensi, & insigni Collegio erudiantur: tum etiam vniuersis seorsum, qui de Latina lingua, Græca, Hebræaque soluta ac ligata oratione decertare volunt, in singulos annos centum aureorum libri apprimè concinnati, superioris Academiae expensis, in præmia proponuntur. Quia verò honos alit artes, maximèque solet studentes mouere, & quia alia præmia temporalia non semper possunt ad manum haberi: ideo hoc genere præmij pro captu actionum, & personarum, ut solent præceptores nostri, consignatis aliquibus locis, aut signis honoris, quibus pueri ad quandam æmulationem, & maiorem diligentiam excitentur. Et ob eandem causam pro maioribus viris, & grauioribus studiis, non defunt in nostris vniuersitatibus honorifici gradus literarij, iuxta cap. 15. 4. p. constit. His ergo modis studentium profectus in virtute, & literis in vniuersitatibus & collegiis Societatis quoad fieri potest procuratur, & cum diuino adiutorio, ut effectus ipsi satis ostendunt, comparatur.

Conclusio capituli.

